



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

IV. De dæmonum, & animarum separatarum tortura ab igne.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

Ne tamen huic rationi leuissimæ huius obiectionis solutio alligetur æqua facilitate respondeo, ex dictis n. 2. distinguendo maiorem: quidquid abfens obiectum desiderij est, esse potest, postea præfens esse desideranti obiectum gaudij, *ni ex falsa apprehensione bonitatis obiecti, abfens, quæ eius præfens, & possessione corrigitur, desiderium habeatur, nego maiorem*, adhuc quotidianis experimentis nostris, falsissimam si autem sunt obiecta desiderij Dæmonum enumerata, & quæcumque alia velis enumerare ex falsa apprehensione bonitatis, & iucunditatis ex eis percipiendæ quæ illorum tamen præfens, & obiectio Dæmonibus illdem inuicunda, & acerba corrigitur; tamen odio, ira, & inuidia in Deum, & homines continua, rursus, & continuo tota æternitate decipiuntur, nec continuis experimentis corrigitur, ac falsam suam apprehensionem iucunditatis ex eis obiectis percipiendæ quominus eadem, aut finilia alia, dum absunt, non desiderant.

5. Accedit tristitia, & dolorem vehementem de malis status damnationis propriis desiderio aliorum, quæ bona sibi repurant non respiciunt, quia desiderium anxietatem, dolorem, & timorem, intense tristitia affectus conaturalissimus, quare cum vehementi tristitia Dæmonum non solum facili, sed amicissime composibiles, secum deferuntur: cum statu damnationis, in quo eis etiam affectibus cruciantur. At vero affectus gaudij de obiecto quouis cum vehementi tristitia, & dolore, de adeo grandioribus malis status illius Dæmones, & damnatos præuocant ac præoccupatos, inueniens locum non habet, nec ipse affectus gaudij, nec vires eius obiectum, vt voluntatem moneat possit inuicem dicta n. 3. & si non ex falsa apprehensione, sed vera de obiecti abfentia: aliqua bonitate desiderium Dæmonibus moueatur, quod cum tristitia vehementi, quæ præoccupatos illos inuenit, impugnat, sicut pugnat de eodem obiecto præfens, gaudium: quare maior illa de eodem vere, ac non, apparetur adhuc solum, bono obiecto, vera non est, vbi ex parte, voluntatis impedimentum vehementis tristitiae gaudio de obiecto eodem præfente adest. Est enim eadem maior propositio illa cum hac: obiectum, quod potest mouere voluntatem expeditam, potest mouere impeditam: quo nihil magis à veritate, & probabilitate remotius. Maxime, cum tristitia illa vehemens & ingens dolor ex magno, in sua linea, excessu mali & cogitationis eius, quam sit bonum de quo gaudendum erat, concipitur: vt in Dæmonibus, & damnatis, contingit, sicut in Beatis gaudium, quibus alia obiecta desiderare (sine anxietate tamen, timore) non tamen de eis non adquisitis, aut de malis aliis (pura hominum damnatione tristitia ob vehemens gaudium de longe maiori bono quod possident, & viuam eius cognitionem, & hæc sit tertia, & æque facili argumēti aduersariorum solutio. Iam quod de lapsu, & perditione hominum nisi à viris sanctis, gaudere videreque apud fide dignas historias, legatur: iudicium simulatum ab eis exterius est, & Sardonicus risus verax: solum in miseros homines irrisio abique vlla Dæmonum irridendum voluptate multaque eorum accidentaria amaritudine, & acerbitate. Sed neque Angeli de hominum (etiam suæ custodie commissorum) perditione postius tristantur, de quorum tamen salute valde gaudent: ac proinde negatiue tristantur, quatenus gaudio illo accidentario, carent, quam vt hominibus (quibus aliter nequeunt) significat postius tristitia, signis, & vocibus vbi quandoque sunt vti, & de Spiritu Sancto tristitia postius natura sua incapaci dicitur ad Eph. 4. *Nalite contristare spiritum Sanctum.*

6. Denique Soar, supra n. 10. opponit status damnationis & summæ miserie, non pugnat cum cognitione aliquam veritatem naturalium (adde, supernaturalium fidei etiam, quam Dæmonibus damnatis supra concessimus) cum tamen status felicissimus beatitudinis nullum physicum errorem admittat; ergo male ab incōpossibilitate, tristitia cum statu, & gaudio beatifico iungitur à contrario cum statu miserrimo damnationis, & vehementis tristitiæ propriæ illius, incōpossibilitas gaudij de obiecto alio in damnatis. Leuior

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus II.

adhuc obiectio. Argumentum enim nostrum à gaudio beatifico ad tristitiam damnationis est ad effectus voluntatis vehementis, gaudij, aut tristitiæ repugnantibus, ex rationis repugnantia identitate, quæ in oppositiōnibus aliis à contrario faciendis neq; extenditur, nec potest extendi: vt quidquid alterutri statui adit alteri debeat deficere vel contrarium ad esse. Vtque videret Soarius, quam male instantiam contra nostram sententiam & probationem assumpserit, animaduertere debuit: veram cognitionem, etiam supernaturali in fidei, Dæmonibus & damnatis datam, seruamus in illo statu esse, vt certissima atq; indefectibilis veritas cognitione de suis malis eorumque, & infelicissimi status perpetuitate, acerbis, desperatiuque dolerent ac tristerentur, quod statui damnationis maxime congruit, cum supplicij pænæ & calamitatis status sit: contra vero, cum beatitudo felicitatis summæ status perpetuoque amicorum, & filiorum Dei sit, error ab eo omnis debet exulare, cum & defectus physicus ac vero gaudij, & delictis Beatorum quibus de iunatus status ille totus est, nequeat inficere, sed falso & deceptorio alicui gaudij à Beatis relegando in hoc ergo, quoad cognitionem status damnationis, statui beatitudinis contrariatur. Quod his veras solum cognitiones admittat, quæ vere felicitatem, nec solum apparenter, & elusorie augeant, ille vero nullam, quæ nequeat, eius infelicitatem, cruciatum dolorem, & tristitiam facere, vel augere videbatur tandem ad pænā sentius vniuersum spectare examen loci vbi nunc Dæmones, & animæ damnatorum puniuntur, & à postremo iudicio damnati omnes puniendi sunt: sed tamen, cum de sola pænā sensus ex ignis tortura, de qua pronunciat in Dæmonibus, & animabus separatis damnatorum aliqua explicatio requiratur, opportunius, quæstione sequente de Dæmonum tortura ab igne, de loco, vbi ita torquentur, ac post vniuersale iudicium damnati omnes torquebuntur agemus.

QVÆSTIO IV.

De Dæmonum, & animarum separataram tortura ab igne.

Quest iam difficultum de Angelis quæstionum ordine postrema, difficultate prima de Dæmonum, & animarum damnatorum hominum separataram per materialem ignem, & calorem tortura in statu damnationis, quæ à Deo scholasticorum ingenia huculq; torfit, vt perpetua eorum in scholis viæ, æque ac Dæmonum in damnationis termino tortura non abs te fore videatur. Cum modus, quo ab igne materiali, eiusque corporeo etiam calore spirituales substantiæ puræ, quæ subinde corpoream aliquam ipsis disconuenientem qualitatem physicè pati nequeunt, & à quibus illam educendi actiuitatem physicam agentia corporea habere non possunt (torquentur, torceantur, ac licet sine destructione) crementur humano discursu & philosophica ratione assignabilis explicabilisque non appareat. Idcirco Aug. vbiuis in hac incidi difficultatem piam suam, doctrinamque ignorantiam proficitur 11. de ciu. c. 10. *Miris inquit, & inestimabilibus modis accipiunt Dæmones ab igne pænā, scilicet 21. de verbis Apost. Fidelis ignorantia, quam temeraria sapientia de Spiritu, & licet cap. 14. igitur. Cui responsio ista displicet, quærat Doctorem; sed cauere ne inueniat præsumptorem.* Consonat Magistro Prospero elegantiori carmine libro de ingratis Greg. 4. Dial. c. 19. c. 6. §. *Hæc opinio ex scholasticis fere omnes supponit, fatenturque, expressus Durand. in 4. d. 44. q. vlt. Valz. d. 243. c. 6. §. Hæc opinio circa med. & fine Soar. c. 15. n. 45 & 48. Alarc. cit. d. 9 c. 10. n. 1. quod, & nos potiori iure de nostra tenuitate sentire debemus & fateri, ei tamen inexplicabili difficultati emolliendæ, cæterorum scholasticorum modesto exemplo, & quam*

li potius

poruerimus maximo, rationis, & ingenij conatu, atque labore insudare.

CERTAMEN I.

Questionis certa, & qua certitudine, supponenda statuntur.

1. **S**Ypponendum est Dæmones, & separatas animas damnatorum vero corporeo, nec solum metaphorico igne vere cruciari, contra Catherinum reiectum à Soario c. 11. atque anticipato ab scholasticis omnibus illo antiquioribus cum Magistro in 4. d. 44. ab Secro d. 50. quæst. 1. cum tota sua schola à Sancto Thoma 1. p. q. 64. 2. 4. ubi Caieran. & Bannez dub. 2. atque vno tota, vtrique Thomistica schola Dominicana, & Iesuitica: quare singularitatis, & temeritatis Theologicam notam declinare Catherinus nequit cum suæ sententiæ nullum habuerit ducem. nec rationibus suis vllum traxerit: quare contra Theologos omnes absque noua probabili ratione, sed cunctis nouissima difficultate percussus in eam lapsus fuerit sententiā. Ad vero, yltiorem, censuram, & qualem meretur ex scriptura, & Patrum testimoniis, & Doctorum vtrorum iudicio dicemus. Probatur ex scriptura Mattheæ 25. num. 41. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui parati estis Diabolo, & Angelis eius.* cap. 13. num. 40. *fixerat, & igne comburantur.* Lucæ 3. 17. *paleas autem comburent igne.* Marci 9. ter, quaterque num. 42. 43. 44. 45. 46. *Vbi gehenna ignis perpetui, & inextinguibilis internus dicitur, vt & ab Isaiā. Cum ardoribus sempiternis* cap. 66. num. 41. *fu rat prædictum. Iudith 16. num. 10. Dominus enim Omnipotens vindicauit in eis in die iudicii visitabit illos: dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt urantur, & sentiant usque in sempiternum.* Apocal. 14. n. 10. *vbi, cum venerit hora seu tempus iudicii Dei (vt præmiserat n. 7.) de quocumque adorante Bestiam, & imaginem eius, recipientes eius cara therem, seu peccatore tunc deprehensio subit. Bibet de vino ire Dei, quod mixtum est mero in calice ira ipsius, & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu Angelorum Sanctorum, & sanctorum tormentorum eorum ascendet in sacula saculorum, nec habebunt requiem die, ac nocte c. 20. n. 9. & descendit ignis adeo de celo, & deuorabit eos, & Diabolus, qui educebat eos missus est in stagnum, ignis & sulphure, vbi & bestia, & Pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in sacula saculorum n. 15. & qui non inueniuntur in libro vite missus est in stagnum ignis c. 21. n. 8. pars illorum erit in stagno ardentis ignis & c. 15. sui Euang. n. 6. in ignem mittent, & ardet vtrumque, & ignem, & combustionem propriam, atque certam docuit August. t. 4. lib. de fide & operibus c. 15. sub med. erit (inquit) ergo æterna combustio, sicut ignis: cum Dominus sententiā suam concluderet dicens: sic ibunt illi in combustionem æternam. Ac demum de epulonis diuitis anima, illa ad Abrahamum verba referuntur Lucæ 16. *quia cruciatur in hac flamma, quibus Abrahamus adnuit, & refrigerij abnuit petitioni. Non est autem alia de Dæmonum per ignem corporeum, quam de animarum cruciatur, visione, & vera tortura difficultas. Ad quæ loca interpretes, & Patres omnes, ac vbiuis de damnatorum omnium tortura, & cruciatur, per ignem, per verum corporeum ignem, quo vere, ac proprie cruciatur, urantur, & ardeant, fieri docent. Patres vide fufè recitatos à Soario supra à n. 12.**

2. Ex his autem scripturæ locis, & concordia Patrum intelligentia, & sententiā de vera Dæmonum, animarum separatarum, ac demum damnatorum omnium in inferno tortura, ex visione, & cruciatur, per ignem corporeum Catherini sententiā videtur grauiori Theologicæ censuræ obnoxia Vasquez, citat. d. 243. c. 1. n. 1. sub init. certum de fide non esse, nec oppositum subinde egerem, seu hæresim asseruit:

quia, cum Græci in Concilio Florentino ignem purgatorij, verum, & corporeum esse negallent, atque omnes eorum errores scilicet. vltima fuerint à Concilio damnati, atque eis opposita dogmata definita, super ignis purgatorij, veritate, & corporeitate nihil definitur, & tamen purgatorium esse definitur, cui sententiæ, & fundamentum consentit Bellarm. t. 1. conuertiatur. controuertit. generali de purgatorio lib. 2. c. 11. §. *quantum ad primum*, vbi sententiā de vera ignis Dæmonum, & damnatorum corporeitate probabilissimam tantum concludit: sed statim §. *primo* propter oppositam temeritatis notam; supponit autem vterque purgatorij, & inferni ignem esse rationis, & speciei eiusdem vt eorum fundamentum valeat, siu enim, ignem purgatorij, vere corporeum negantium, nil veram ignis damnatorum corporeitatem negantibus, prædijci assert, quomodo, de hæresi damnantur. Siquidem pro vero corpore inferni igne, quo cruciantur, tot sunt, tamque aperta scripturæ testimonia, vt vidimus ex testamento vtriusque vero autem purgatorij igne, in veteri nullo, in nouo vero illud Pauli, ex. 1. Cor. c. 1. *ipse vero saluus eris, sic tamen, quasi per ignem*, quod similitudinem habere ignis videtur, non proprietatem: quemadmodum, Malachiæ 3. *ipse sedebit, quasi ignis confans, & purgabit filios leui, & elabit eos*, quod ignis, vel tribulatione huius vite, vel iudicio Dei, etiam aduersus amicos iudicandos, vt nihil eis de debitis penis remittat plures Patres intelligant. Videndus est Bellarm. lib. 1. de purgator. c. 3. & præcipue c. 4. *Secundus locus* qui citato lib. 2. c. 11. solum de purgatorij igne corporeo probabilissimam sententiā esse dixit, & negatiuam temerariam de corpore vero igne inferni plus certitudinis recognoscit inferius §. *Quinto quia* vbi ex identitate specifica ignis purgatorij cum inferni igni certe corporeo, ignem purgatorij corporum esse concludit.

3. Bannez ad cit. q. 64. a. 4. dub. 1. docet negari igni, quo Dæmones, & damnati, cruciatur, torquentur, & ardent, corporeitatem errori saltem proximum esse Soario vbi proxime cap. 12. damnatorum omnium, etiam Dæmonum cruciatur, visionem, & torturam veram igne corporeo fieri dogma Catholicum esse docet, & oppositam subinde sententiā hæresim formalem, & errorem in fide Maldonatus notat in c. 25. Matth. §. penult. ad illa verba in *ignem æternum* polle inquit. Duo (ait) in ea re certa sunt: alterum, quod *scilicet* docet, vera esse supplicia qua non cogitantur solum, sed sensu, tactuque percipiuntur à reclusis damnatis qui in ignem inferni eis verbis mittuntur supplicia vero sensu, tactuque ex igne percepta, ex igne vere corporeo sunt ac proinde id videtur. Maldonatus ne fide reputare, cum tamen infra linea 9. id negantes temeritatis notæ tantummodo subiciat, tunc censuræ moderatio, ea solum ratione defendi posse videbitur: quia, sicut in opposita, vera ac certa, sententiā ignis vere, & physice corporeus percipi sentiri cruciatur, & torqueri Dæmones, & animas separatas hominum damnatorum spirituali solum perceptione, & vt sic loquar, sensu & sensatione, ac dolore dicendus necessario est (quæcūque ratione, & modo id asseritur) sentiri, ac percipi ab eis sensu, tactuque corporeo, ac eos corporeo etiam dolore ignem torquere, & cruciatur æqua ratione asseri possit. Censura ex Bannez relata de erroris proximitate, nescio qua possit ratione probari. Nulli enim alteri fidei dogmati per legitimam consequentiam solum, aduersatur sententiā negans vero igne corporeo damnatos omnes, etiam Dæmones cruciari, vt oportet ad hoc, vt solum errori proxima, sit, quare censuræ nullam temeritatem grauiorem Theologicam censuram in sententiā negantem ferri possit, in hæresis formalis, seu erroris in fide censuram mereatur, de qua meum sensum subdo.

4. Ignem, quo damnati omnes (etiam Dæmones, & animæ damnatorum) cruciatur torquentur, cruciatur, & æternum cruciatur, & puniuntur verum corporeum ignem esse fidei dogma est, ac subinde id negans sententiā hæresis formalis, & expellenda error in fide. Confessio proxime citato Soario nostro,

nostro, quem Vasquez etiam noster, ubi proxime, Recentiorum nomine refert, etque expressa Ricardi sententia de Sacramento p. 16. c. 3. *Vbi verissime auctoritate sacri eloquii & Catholice veritatis probatur testimonio corporali, & materiali igne animas, etiam nunc ante suspensionem corporum cremari, cui consentit Quirós t. 1. tr. 8. d. 76. sect. 1. n. 1. §. Præmitto primo.* Probatur quia quicquid expresse revelatum à Deo in scriptura est, de fide est: atqui igitur corporeus verus, quo damnati omnes, etiam Dæmones cruciatur, reuelatus nobis in scriptura est: ergo cruciatur Dæmonum igne vero, & corporeo de fide est. Minor probatur ex recitata scriptura locis n. 1. ubi damnatos omnes, igne cruciandos toties, ac semper nobis dicitur, & vrendos, à voce quidem ignis nobis noti, non autem substantiæ, aut qualitatibus alterius spiritualis hominibus ignoti significatis, nec metaphorica eius vocis significatione; alioqui non semper, neque vnumquam aliter, quam voce ignis specialiter, & toties damnatorum omnium pena, & cruciatur significarentur: cum tamen, vel semel posita in scriptura vox proprietate sermonis debeat intelligi ex ista Theologis Iconij regula, ubi dogmati fidei, nec proxime, nec remote legitima illustratione aduerfetur. Secundo: quia pena, supplicii sententia iudicialis, non metaphorice vocibus, sed propriis penæ, & instrumentorum etiam, quibus infingenda est; proferitur, & reis intimatur; alioqui alio detortis metaphorice vocibus, eludi pena in executione à Deo, & executore supplicii possent: verba autem Christi Domini Matthe. 25. iudicialis sententiæ penæ non solum hominibus, sed & Dæmonibus subeunda ignis verbis, in ignem æternum qui paratus est Diabolo & Angelis eius, quæ vtriusque etiam intelligenda, in istaque prophetice dicitur à Ioanne Apoc. 20. n. 9. verbis à nobis recitatis n. 1. ergo propria ignis, ac proinde veri & corporei significatione. Hoc præclara manet euasio: quod, scilicet, frequentes adeo scripturæ locutiones de cruciatu vero igne corporeo damnatorum in inferno, de damnatorum hominum post iudicium postremum solum modo intelligi debeant; non autem animarum separatarum ante illud iudicium, nec Dæmonum vnumquam, qui, sicut animæ inseparatæ, pure spirituales substantiæ absque vilo corporis consortio semper sunt, & in quos proinde ignis corporis adhiuitas nihil possit.

5. Præclara, inquam, ea euasio locis Matthei, & Ioannis est: quibus ignis crucians damnatos toties ab scriptura proprietate significationis, quam vox ignis, apud nos, quibus scriptura loquitur, habet, corporeus est in sententia damnationis, ubi locus metaphorice, ac minus propriæ significationis non est: & additur esse eundem, cum igne parato ad Dæmonum cruciatum: vti etiam communis cruciatibus Dæmonum, & damnatorum hominum loco Apoc. asseritur: ergo eis locis corporeo igne toties ab scriptura proprietate sermonis expresse cruciandos Dæmones reuelatum est. Virgo ex his locis reuelatum est ignem, quo cruciantur Dæmones & homines esse vtriusque communem: vel ergo, qui communis vtriusque dicitur corporeus est, & dicitur, vel quidpiam spirituale: si primum habetur inentum. Si secundum incidit in difficultatem similem, & aequam ei, quam fugis in eandem: quod, scilicet, sensus, & tactus materiales hominibus reddi vivorum damnatorum spiritualium illud percipiant, vti eo vere cruciatur: quod æque est difficile, atque substantias spirituales, ignem eiusque calorem & ardorem corporeum percipere, eoque physice, ac vere torqueri: quia difficultate sola perterritus in sensum impropriū verba scripturæ toties repetita illicita cordato, sanoque Theologo interpretatione detorques. Dices hæcenus à nullo Concilio definitum est ignem inferni, & damnatorum esse corporeum. Certe à paritate ignis purgatorii non definitur corporei in Concilio Florentino male id probabis, vti dixi n. 2. post med. sed cordato ubi Spiritus S. toties, veritatem aliquam in scriptura proprietate sermonis Ecclesiæ suæ expresse Conciliorum definitione (quæ eius reuelatio, non ita est, sed contenta reuelationis in scriptura, non ita clare declaratio, vti de fide sit, atque ob Dei reuelationem, & testimonium, Christoph. de Ortega, de Teo Pno. Tomus II,

ac fide Catholica credi, tenerique debeat opus non est. Et quamvis nonnulla, in scriptura expressa, ac subinde de se absque Conciliorum, & Pontificum definitione à fide Catholica spectantia contra hæreticos in media luce excutientes definita ab Ecclesiâ fuerint; id tamen tunc maxime factum, cum eorum erroris minus doctorum, & simplicium Christianorum malo in Ecclesiâ grassabantur ampliusque inualecerent, in veritatis definitione, & contrarij erroris damnatione, & anathematismo cautiore redderentur fideles. Et si autem negantium absolute, infernum, eiusque penas error diuagatus aliquando fuerit, & in Ecclesiâ, non apud paucos inualuerit, ac proinde eius dogmatis de inferno, eiusque penis definitiones & oppositi erroris anathemate consulendum, consulendumque fidei Catholicæ sinceritati, & fidelium salutis merito fuerit: eo vero dogmate admissio circa penam, & cruciatum, igne vero corporeo error negans nunquam in Ecclesiâ, ita periret: vti ad providendum fidelium sanitati, & salutis Concilium ab Ecclesiâ cogi, ac dogma adeo expressum in scriptura definitum, & oppositum generali anathemate infectari oportuerit: maxime, cum de eo exter Patrum scholasticorum, & Ecclesiæ totius à suis primordiis constans perpetua, ac nunquam interrupta traditio.

6. Et hæc quidem euasiones præcipue pro aduersus errorem esse poterant, sed adhuc dices in aliquot excutatis locis scripturæ (scilicet Isaia, & Marci) eum penam ignis dampnatorum penam, & cruciatum à verbis eorumdem perpetuum, etiam dici: qui, solum metaphorice pro conscientie morsu intelligi respectu Dæmonum, & animarum separatarum potest, ac plerumque vniuersim à Patribus intelligitur. Respondetur ab Isaia, & Marco expresse agi de pena damnatorum hominum rediuiorum, qui proptis, ac veris, verbis, nec solum metaphorice æternum cruciabantur, qui cruciatur nullibi dicitur Dæmonibus etiam communis, vti dicitur cruciatur ignis communis vtriusque. Matthe. & Ioan. recitatis testimoniis. Patres vero, vti cruciatum alium certum, & vtriusque communem mortis spiritualis conscientie docerent metaphorice etiam sensu vermis corrosoris vocem interpretati sunt, cum proprio ab Spiritu S. etiam intentum vti alibi sæpe contingit, cum in hominum rediuiorum damnatorum (de quorum penis ibi) & proprius, & metaphoricus vermis morsus, & cruciatur loci habeat, & æque in Dæmonibus damnatis cruciatur, ex eis alter: metaphoricus scilicet, & spiritualis, simile est illud de tenebris perpetuis, quibus, ac flent, & detritum stridori homines nonnullis Evangelij parabolis damnandi significantur: respectu siquidem hominum, de viroque, corporeo, ac mentium flent, & stridore dentium spirituali, ab Spiritu S. etiam intentum, locum interpretatio habet & à Patribus proinde recte etiam sæpe intelligitur. Denique, quod semel, aut iterum cruciatur aliquot speciales damnatorum metaphorice ab scriptura dicerentur: nullatenus probat ignis, cruciatum toties constanter ab scriptura repetitum, & in sententia iudiciali stricta damnationis expressum, metaphorice etiam accipi, & intelligi posse instabitis ignem nostrum, ab Augustino; & aliis Patribus comparatione ignis, quo cruciantur damnati omnes pictum appellati: pictura autem rei pictæ proprietatem non habet. Sed volunt Patres excessum vehementiæ, & acerbatis, quæ igitur inferni præ nostro hoc communi, vti eius visione cruciet damnatos, significare vti vulgo de rebus, etiam speciei eiusdem, perfectionis tamen, vnde cumque excessus aliis, nostro idiomate dicitur: *Raselo vno ab vtro, loquena de lo vno abo pintado.* Secundo specifica distinctione ignis inferni à nostro (de quo statim) obiectio euanciscit. Aliqua Patrum testimonia, quæ contrarium sonant aliquatenus, explicat facile Soar. c. 3. n. 27. Pro hoc autem Catholico dogmate recitauerat testimonia Patrum innumera. Solum aduerto, quandoque amanuensium, & transcriptorum errore ignem gehennæ incorporeum apud Patres legi: cum tamen, ex cōtextu, coram ibi corporeum esse doceant: ex quo proinde amanuensium error deprehendi, corrigique debet. Vti in Greg. 14.

Moral.

Moral. c. 14. observavit Bellarmin. 2. de purgatorio, cap. 1. §. propter Gregorij auctoritatem; duo testimonio videntur difficiliora Ambrosio. 7. in Lucam, c. 14. §. 3. ergo neque corporum stridor, aliquis dentium, neque ignis aliquis perpetuus flammarum corporum, neque vermis est corporalis, concedit aduersari sententiam Ambrosij Ariaga, in re, tunc non adeo explorata lapsus; sed male: cum expresse ibi Ambrosius solum speciei diuersae à nostro visuali & mixto, quem corporalis nomine intelligit, esse, contendat; non autem incorporeum, sed sub genere corporei tamen contentum. Alterum Augustini, 21. de ciuit. cap. 10. ubi ait: *talem esse ignem, quo diues cruciatur, qualis eius lingua, & lauari digitus*: metaphoricum nempe, sed cum eodem cap. ignem verum esse in inferno dicat, & corporeum, & si modum, quo spiritus torquet, se ignorare fateatur, verum ignem negasse ibidem admitti à sano homine nequit, quo circa plura; sicut Ambrosius discunt, quam allegit, ibi.

7. Ut corporei huius ignis veri, quo ex fide damnationis animae separatae damnatorum (& fors, damnati aliquot homines corpore, & animo ex historiis Ecclesiasticis, & epulo ille aarus) nunc cruciantur, & à postremo iudicio aeternae inferno damnatis cruciabantur natura (quantum à nobis potest) explicetur, duo adhuc sub iudice examinanda sunt. Primum: an eiusdem cum nostro hoc igne, quo vivimus, & quandoque cremamur, speciei sit? Bellarminus citans lib. 2. de purgatorio, cap. 11. eiusdem speciei esse ignem inferni cum igne hoc nostro, §. *septimo id confirmatur*, censet: nam igne erumpente ex Aethra demones, & reuelationibus, à S. Gregorio Magno, & aliis fidei, pictatis & doctrinae probatissimè approbatis (quos ipse reuelat, cap. 6.) cui sententiae, ut probabiliori, adheret Ariaga, disp. 26. sect. 1. num. 4. §. *ex dictis in his*. Meratius, disp. 55. sect. 1. cum communem appellans ubi proximè, est autem Aethrae ignis mixtus, & speciei eiusdem cum igne visus communis nostri, Maldonatus, etiam noster, citato §. penult. in cap. 25. Mathaei, ex communi veterum Doctorum & Patrum sententia docet esse ab visuali nostro conditionis naturalis, seu speciei diuersae, nominatim pro hac sententia citans Origenem homil. 9. ad diuersos, & tract. 34. in Math. Ambrosium commentario citato in Luc. cap. 14. Hieronymum in cap. 65. & 86. Isaiae. Damascenum, 4. de fide, cap. vlt. cui sententiae libenter acquiesco; tum, quia communiori scholasticorum, & Patrum: tum, quia visualis noster ignis mixtus sub genere corporei ignis ab elementalibus specie diuersus est; cum tamen non adeo, ab illo, atque ab igne damnatorum proprietatibus differat, & effectibus. Tum demum, quia plura, quae de igne inferni, & damnatorum ab Euangelio, Patribus, & Doctoribus constanter dicuntur circa miraculum nostro igni non euenirent; igni vero corporeo speciei alterius competere circa miraculum possunt: ut tenebras non pellere, nec illuminare. Circa secundum dubium an ab igne purgatorii specie differat? Vasquez, & Alarcon, purgatorii, & inferni ignem speciei eiusdem esse censent: dum ex eo, quod in concilio Florentino ignem purgatorii esse corporeum definitum contra negantes Graecos, non fuerit & esse id de igne inferni definitum, deducunt, cui sententiae, & fundamento Bellarminus citato cap. 11. videtur consentire; cessi, ex mea definitionis omissione contra Graecos de igne purgatorii ea consequentia ad ignem inferni, non extendatur. Clichoraeus ad locum Damasceni fuisse hanc questionem versat. Censet cum praefatis Doctoribus, eiusdem speciei infimae utrumque ignem esse: cum non alios effectus, neque aliter in animas purgatorii, ac in animas damnatorum aeternae habeat.

8. Veritatis Catholicae de vero damnatorum cruciatu vere corporeo igne occasione disputatur à Re-

centioribus, an verè etiam corporea, nives, & frigefactione cruciatur? Et ita etiam cruciatur videtur Iob docuisse, cap. 24. illis verbis. *Ad nivem calorem transeat, ad aquas nivium, & igitur ad inferos peccatum illius*. Sed postrema verba ostendunt, prima de penis inferni, quas peccatori illi in inferioribus, imprecatur intelligenda non esse. Secundo, quia inferni ignis aeternus, nec nives, frigore vicissim interrompendus (ut illud tractat significat) ex fide est: quare, & extra rem contra verum ignem corporeum inferni à nonnullis obiciuntur, quia verè nives, corporeae in inferno non sunt; quae tamen, aquae, atque ignis, ibi esse, & cruciare damnatos à lobo dicuntur. Sed tamen Hieronymus, & Petrus Damian. apud Soarium, cap. 12. num. 22. id videntur insinuate, & finit dentium in inferno à Christo Domino demeritis futuris, frigidis vehementis propriis effectus videtur. Soarius, num. 24. & Alarcon, cit. cap. num. 1. §. *supponit hoc quæsit*, sine dubio super hanc quaestionem annunt. Ego vero cum Ariaga, sect. 2. num. §. *Atque in hac quaestione*, argui sententiae adhaereo: Primo, quia aliquo vilo in scriptura fundamento cruciatus nives in inferno asseretur cum 1. bi textus extra rem sit. Secundo, quia contra affirmatiuum extrinsecus testimonia scripturae parum, & cruciatum damnatorum igne futurum denuntiantia; nusquam autem omittenda esset, (maxime in postrema damnationis sententia) nives adeo vehemens cruciatus, si ad eum etiam subeundum in infernum mitteretur. Tercio ex illa diuina epulonis petitione ad Abraham de gutta aquae, ut refrigeraretur lingua, quia visus flammis ignis inferni cruciatur. Responditur: cum nil frigori ibi habere, nedum magnum ex aqua nivium, qui tantillae aquae refrigerium anxie alio, atque instanter exposceret, nec minus nivium frigore cooperetur algescens eius, quam flammam ardori remedium calidi alicuius applicationem medium procuraret, & quomvis torum hoc colloquium epulonis illius parabola fuerit, non historia, si supra docebamus, cum tamen à Christo Domino fuerit inducta, ut cruciatum, qui immitte & deos pauperibus peccatores manent terrore ad misericordiam, & avara inhumanitate, & terrore inferni cruciatibus in quos inhumanitate, & duritie pervenire similes peccatores possent contingensque, ac vero simile esset aliquos, & impium illum diuitem pergentem parabolice collatum illum fuit plane constructum, quare idem robur tertium hoc argumentum habet, quare, quia ignis inferni ardor aeternus est ex fide, nec equat interrompendus, ut nives, vel continuo, vel multoties damnati algescant miracula tota aeternitate, vel continuo, vel interruptim, absque vilo fundamento admittentur in contrarietatem tantum in inferno in eodem, imo innumeris subiectis simultanea coniunctione: de illudore dentium dicebamus supra metaphorice dici à scriptura; si forte de rediuiis damnatis (de quibus illa loquimur) tantum loquatur; nec tandem dentium stridor vehementis solum frigidus effectus, sed cuiusvis etiam ingentis cruciatus, imo, & affectus animi plurimum irae, invidiae & effectus esse solet.

CERTAMEN II.

Variae sententiae de cruciatu spirituum igne verè corporeo reuincuntur.

1. Prima sententia Auicennae, 9. Metaph. ex libro Alberti, in 4. disp. 44. art. 20. ad vltim. & probabilis attestata à Bonaventura infra docet: falsam apprehensione, & iudicio, disconuenientiam ignis corporei re quidem, & iure non disconuenientiam

Dæmonibus, eos (& idem est de animabus separatis damnatorum) dolere, tristarique: ac eo solum modo cruciari acque torqueri, ut nobis somniantibus pure phantastica mala tristari, ac dolere contingit, est tamen expresse reiecta à Gregorio sententia prius, quam ab aliquo cogitaretur 9. Moral. cap. 38. aliis, 45. his verbis. *Recte inferni claustra tenebrosa terra nominantur, quia quos puniendos accipiunt nequaquam pena transitoria, vel phantastica imaginatione cruciantur, sed vltione solida.* Secundo, quia vltio crematio flammæ conceptio, & ignitio propria, significatio, & sensu, quibus dæmonum ab igne cruciatus toties ab scriptura asseritur estque dogmaticè tenendus dolore, & tristitia ex falsa illa apprehensione saluati non potest, si non igne sed falsa sua apprehensione & iudicio cruciabantur: ut exemplum somniantium, & delirorum, quo hæc confirmatur sententia, satis euincit: quare merito Maldonatus recitatus cert. 1. num. 3. cruciatum dæmonum, & damnatorum inferni igne verum, & realem, nec solum cogitatione esse, ut fidei dogma statuit. Tercio, quia is error ab igne, ipso non prouenit: quare nullo sensu, aut modo adhuc intentionaliter, igne cruciabantur. Quarto, quia cum nulla causa naturalis, eius erroris damnus sit, recurrendum erit ad Deum, qui eam falsam apprehensionem, & errorem & si non totalitè causat, quia vitalis actus est, aut ut causa partialis, nec solum vniuersalis, sed particularis, vel immediate, vel mediis speciebus deceptoris à se infusus, cum Dæmonis intellectus efficiat; quod & miraculum continuum, per æternitatem toram, qua ignis cruciatus, Dæmonibus durabit, sine vilo fundamento inducit: & sine vilo fuctu, cum cruciatum ignis ab scriptura, & Ecclesiæ assertum non defendat, ut vidimus. Quinto: quia etsi leuis aliqua tristitia, aut velleitas voluntatis, ex sola apprehensione mali (ut de delectatione ex sola apprehensione dicebamus) esse possit, aut vehemens tristitia, & dolor de malo, iudicium aliquod de eius præsentia, & disconuenientia, requirit, ut & cum abest de eius malitia, & imminet iudicium aliquod vltra apprehensionem, requiritur, ut timeatur, cum autem ignis secundum se nocuus Dæmonibus iuxta ita opinantes, nec esse possit: idque Dæmonibus eius naturam intuitibus evidenti iudicio innotescat: miraculo, ut minimum alio, tota æternitate continuato, sine fundamento, & fructu cruciatus ille phantasticus dæmonis perpetuus perageretur nisi tota æternitate dæmones fingis dementes, & delirios, ac naturæ ignis ignorantes.

2. Sexto errorum iudicium, cum evidenti assensu circa idem obiectum, nec diuinitus in eodem subiecto esse potest, ob motum intentionalis necessitatis, & essentialiter ad assensum requisiti, nullatenus physice à Deo eiusque omnipotentia supplēbilis, debilitatem: unde nec assensum, probabilem, nec fidei, quantumvis certam, humanæ cum evidentiæ, siue intuitiua, siue discursiua obiecti eiusdem absolute repugnantem sapē docuimus: quia non potest intentionaliter ad assensum monere debilius vndeque motuum aditante motu, vndequeque fortiori, & si fidei diuine motuum, quia certius, motu evidenti cuiusvis, etiam intuitiua, cognitionis cum evidenti quouis obiecti cuiusvis cognitione facile assensus fidei diuine componatur, ut eisdem locis docebamus: motuum autem ob quod phantasticæ malum, & disconueniens esse assentiantur, & iudicent, quam motuum intuitiua, quatenus ibi nocuum esse posse ignem iuxta hanc sententiam apprehendunt, & iudicant subinde intuitiue valde debilius est, sexto denique ex eodem principio de fortiori motu evidenter proposito impossibilitatis nocuenti ab igne recipiendi, quam nocuenti ab igne recipiendi, ac recepti, propositi per phantasticam illam apprehensionem, & sequens (si uis) erroneum iudicium inferitur: gaudere quidem voluntate sua dæmones posse, quod pati ab igne nequeant; nullatenus vero posse do-

lere, tristari quod ab eo erroneo iudicio, & apprehensione phantastica patiantur, & sanè (ut aduersariorum exemplo ipsos insecter) nemo somniantium, cui evidens, & intuitiua apprehensio de opposito sit, phantasticis sibi nociuorum obiectorum apprehensionibus tristatur, & doler, quia defectus intuitiua, & evidentiæ de opposito locum monendi, cum ad erroneum assensum, tum ad dolorem, & tristitiam in voluntate somniantis phantastica apprehensione facit: quare, si adest prorsus occluder utriusque. Nec fauet huic sententiæ Gregorius IV. Dialogor. capite 29. scribens: *ignem, namque eo ipso patitur, quod videtur: & quia cremari se aspiciunt, cremantur.* Sed tamen, ab igne ipso corporeo, & visibili subdit, *ardor, ac dolor inuisibilis trahitur & per ignem, corpus mens incorporea, etiam incorporea flamma cruciatur.* Phantastica vero apprehensio sententiæ huius, & ex ea dolor, & flamma, aque spiritualis ardor, ab igne non trahitur: quare secunda sententiæ de actione ignis, intentionalis potius Gregorius fauere videretur, nisi subiunxisset inferius, *quamuis colligere, ex dictis euangelicis possumus, quia incendium anima non solum videndo, sed etiam experiendo patitur.* Scilicet physica ignis perpessione; cui postremo insitit ut propriæ sententiæ quam deinceps explicat, & confirmat, nosque explicatius sequemur. Sed hæcenus impugnata sententiā iam diu ab scolis exulauit ob aliqua ex dictis, nec alium præter Albertum habuit authorem, & si tam male excusetur à Soario, quam pro ea ab aliis referatur Egidius Romanus. Potest vero pro ea citari merito Zumel. 1. p. qu. 64. a. 1.

3. Secunda sententiā docet ignem cruciare dæmones sola eius in ipsos actione spirituali intentionali, non quidem falsa, & phantastica, vndeque profecta, sed vera, ac verè ab igne causata cognitione: ex qua verè, maximeque tristatur Dæmones dolent, & cruciuntur, ita cotus, in 4. disp. 144. quæst. 2. §. de secundo modo, Gabriel (seu potius eius supplementum) ibi, quæstione 3. articulo 2. conclus. 5. referens Okamum, quodlibet primo, quæstione 19. Egidius Romanus, quodlibet 2. quæstione 9. quodlib. 4. quæstione 15. Richard. in 4. distinctione 4. articulo 2. quæst. 3. qui duo ab Scot. & Gabriele & Okamo differunt: quod mediis speciebus ab igne, ut Dei instrumento productis ea cognitio in Dæmonibus fiat; hi vero tres, quod ab igne, ut instrumento etiam Dei, immediate, nulloque specierum interuentu, ea fiat cognitio: quod ad præsens refert parui: sicut & falsa alia de perturbatione intellectus angelici per species illas, ut alia cogitare non possit, ut Richardus addit, cum alia a Dæmonibus cogitari in energumenis experiamur: & quod ait Egidius de la hône physica intellectus Dæmonum per specierum illarum spiritualium receptionem: etsi non ita nostro intellectu contingat receptione specierum ex phantasmatis ab intellectu agente productarum: quæ & subtilem discriminis huius rationem persequi, & insectari huius loci non est & facile à quouis fieri. Huic potro sententiæ generatim, & vniuersim sumpta, olim consensisse refertur Algezulus 5. physico. capite quinto, de pena animarum, & recentius Arrubal. disputatione 141. capite 1. Amicus, disputatione 21. de Angel. sect. 4. numero 90. Theoph. Raynaud. de Theologia naturali distinct. 3. quæstione 4. articulo 4. etsi de obiecto eius cognitione mediate, vel immediate ab igne ut Dei instrumento causata cruciantur Dæmones, tristantur, ac dolent, citatis doctoribus non conueniat. Algazel, Arrubal, & Amicus censent obiectum, cuius cognitione, vel species spirituales ignis, ut Dei instrumentum, producit vltra alligacionem igni, quam damnatis repræsentat, esse earentiam, seu priuationem boni des-

& cuiusvis alterius moleſti, & nociui, cognitio, vltio, nec moleſtum illud, quod repræſentat, nullatenus eſt aut eſſe cum veritate poteſt, quod argumentum adeo certum, & efficax eſt, vt Maldonatus noſter certum, ex fide dixerit ignis cruciatum, non ſola eius cognitione, ſed ſenſu, tactuque phyſice ab eo cauſatæ diſconuenientiæ in damnatis percipi debere. Et ſi autem in Dæmonibus tactus, ſenſusque proprius, & materialis non ſit, (vt in hominibus) aſt nocu- mentum phyſicum ipſis illam, & phyſicus ab igne cruciatus, nec ſolum intentionale per ignis coniuñcti cognitionem, ſuo modo aſſerendum eſt, vt pæna & tortura ignis, æqua Dæmonibus, & hominibus, pro cuiusque meritis ſit, & communis, vt Matth. 25. & locis aliis cert. 1. num. 1. citatis aſſeritur. Confirmatur quia, ſi non aliter, quam cognitione ignis coniuñcti nullo alio phyſico Dæmonum nocu-mento eis ab igne proveniente, cruciatus, & tortura, eorum ab igne fieret, inani labore à Patribus, & ſcholasticis, in torturæ eiſmodi explicando huiusmodi laboratum, ſudatumque fuiſſet, ac proſus fatue, eius inuentionem, & explicationem, ij omnes, ac præcipue eorum ſapientiſſimi deſperariſſent: cum obuium, cuique ſit Dæmones immerſos ſe igni eſſe clare cognoſcere: id quidem, ſine miraculoſo vlllo influxu ignis, & inſtrumenti Dei in ſpecies, vel cognitionem, quæ vnde cumque proveniant æque cruciabunt, vel non cruciabunt potius.

7. Argumentor ſecundo cognitio obiecti, quæ eius cognitio, eatenus ſolum poteſt cruciare cognoſcentem, quatenus ei repræſentat obiectum ipſi alias de ſe nociuum, & diſconueniens, atqui ignis, ſecundum ſe, ac de ſe nociuum, dæmonum non eſt in horum ſententia, quantumvis ipſi penetratum coniuñctum: ergo nequit cruciare dæmonem eius cognitio, quæ eius cognitio eſt: dixi, quæ eius cognitio: quia poteſt aliquando non intentionaliter, & quæ obiecti repræſentatio, & cognitio eſt, ſed phyſice aliquid, phyſice diſconueniens cognoſcenti ſecum aſſerere, vt interuæ cognitioni, cuiusvis obiecti, ratione confluxus copioſi ſpiritus vitæ calidiſſimorum ad interne cognoſcendum neceſſariis nuper diximus phyſicum monumentum, & diſconuenientem, diſtemperiem organo phyſice aſſerri. Iam ſillogiſmi maior, probatur quia alias obiecti cuiusvis cognitione, quæ eius cognitio eſt, cruciari torquerique poſſe cognoſcentem contra experientiam in cunctis nobis, & in Angelis, ac Beatis omnibus, nullo dempto, dicere poteris; imo teneberis cuiusvis obiecti cognitione, etiam in beatitudinis ſtatu innumeris cruciatibus torqueri. Secundo probatur experientia: quæ, de nullo obiecto, quod nobis, aut animalibus phyſicum nocu- mentum non aſſerit quantumvis illud an ab animalibus ſenſatione, atque à nobis intellectione etiam cognoſcatur, nec nos neque illa dolemus triſtamur cruciamurque. Minor in opinione hac de cruciatu & tortura Dæmonum ſolum intentionali ab igne, eſt certa: ſiquidem, ſi aliud phyſicum nocu- mentum, & cruciatum Dæmonum ab igne, eius auctores cognoſcerent, imo, ſi poſſibile eſſe arbitrarerentur, ad intentionalem hanc, ſolam torturam, & cruciatum Dæmonum ab igne minime conſiſſent. Secundo probatur minor, quia in horum, ac ſere omnium ſcholasticorum, qui alias à noſtra, certam, ſ. ſtatuenda ſententia (quæ non multorum eſt) ſectantur non aliter poteſt ignis nocu-mentum dæmonibus inferre, quam producendo, in eis calore, aliamve naturæ ipſorum angelicæ diſconuenientem qualitatem, aut formam, quam per hos qui ignis producere: ergo ignis nequit eſſe naturæ angelicæ Dæmonum phyſice nocius, vllumve phyſicum nocu-mentum inferre. Minor proxima probatur, quia Angeli igni fornacis Babylonici, eiſque flammis, quas, ne tribus pueris nocerent, excubebant immerſi, ac penetrati nihil ab eis noxium paſſi ſunt: idque, vt Patres & Doctores omnes fa-

rentur, citra miraculum omne: cum autem ignis vt in ſubiectum aliud agat, quod poteſt, ſola propin- quitate vicinitatis localis, ſeu approximationis ad illud opus habeat, quæ longe minor actiuitatis ſuæ ad paſſum applicatio, quam penetratio eſt, quæ ſane, intenſus calorem noxiæ aliam qualitatem Angelo penetrato, quam ſolum approximated & localiter vicino inducerent flammæ, ſi poſſent. Nec ſatis eſt Angelum, ſeu Angelos igni, & flammis babylonice fornacis non fuiſſe phyſice alligatos, vt igni inferni alligati Dæmones ſunt: phyſica enim alligatio (in quocumque ſtet, etiam in phyſica vnione ad illum) agenti, ad agendum, quod phyſice poteſt in paſſum nihil inferuit, ſed ſola localis propinquitas, & coniuñctio.

8. Dices actiuitatem ignis, ad eas qualitates no- xias phyſice naturæ anglice non eſſe naturalem, ſed obedientialem, quæ Deus vitur, vt inſtrumento, vt Dæmones torqueat. Bene: ego citius dicendum tibi eſſet: Deum vt virtute obedientiali ignis, ad nocu-mentum phyſicum, per earum qualitatem no- xiarum in Dæmonibus effectiorem, vt eos phyſice, & realiter igne cruciaret, & torqueret, quam vt virtute obedientiali ignis, ad ſpecies, ſeu cogni- tionem phyſice ipſis inducendam, vt eos ſolum intentionaliter torqueret, & cruciaret. Ita enim pro- prii, & ad ſcripturam, accommodiori ſenſu, & opinione diſcutteres, & ſentires. Sed ex hac ſolu- tione impugno tertio intentionalem hanc Dæmo- num ignis propria, & ab igne, vt ſcriptura docet, ac non à Deo ſolum modo ſit, opus eſt, vt cognitio, quæ intentionaliter Dæmones cruciatur ab igne vel immediate, vel mediis ſpeciebus, vt inſtrumen- to, eiſque virtute, actiua obedientialis omnium creatorum, ad creata omnia producenda eſt pure chimærica, & impoſſibilis vt ſule contra Soanum, & aſſeclas oſtendi in phyſicis controu, de creatorum actiuitate, ergo & cruciatus Dæmonum intentiona- lis ab igne eſt impoſſibilis. Diſſero impugna- tionem aliam obedientialis huius actiuitatis ſpecielem ad rem præſentem de tortura Dæmonum ab igne in certam, tertio, contra Soanij, & ſequacium ſenten- tiam de hac Dæmonum tortura producendam. Quarto dæmon ſolam intentionalem hanc dæmo- num torturam ab igne reſello: quia, vt daremus cognitionem ignis coniuñcti nullatenus tamen Dæmonibus nociui torqueri, cruciareque Dæmones poſſe, & verè ſubinde per illam ab igne, cruciari, nihilominus cruciatus & tortura illa Dæmonum ab igne, adeo dira, dura, & acerba, vt eſſe, & æternum in ipſos & damnatos reliquos, ab ſcriptura Patri- bus, & eccleſia tota creditur, & prædicatur, eſſe nullatenus poſſet.

CERTAMEN III.

*Reales cruciatus Dæmonum ab ignis obe-
dientiali, vel morali actiuitate
reiciuntur.*

1. Soarius, tom. 4. in 3. p. diſp. 46. ſect. 2. & lib. 8. de Angel. cap. 14. §. 41. ac deinceps, Peſantius, in 1. p. qu. 64. a. 4. d. 5. Malonius, Duualius Yſambert, Puteanus, Meratius, & Franciſcus de Lugo apud Quiros, d. 76. ſect. 4. §. *Magno plauiſu*, num. 16. Arriaga citata d. 26. ſect. 8. docent: ignem virtute actiua obedientiali phyſice producere qualitatem quan- dam in Dæmonibus ipſorum naturæ diſſentaneam, & diſconuenientem, quæ proinde cruciatur: quemadmodum, & nos cum nimium calorem, frigore nobis, & noſtro corpori & naturali tem- peramento noxium & aduerſum, ab igne, aut niue patimur, torciamur. Ea vero qualitate an- gelicam Dæmonis naturam ſedari deturparique dicunt.

dicunt. Soarius, Arriaga, & plerumque, reliqui: & pulchritudini iustitiae, & sanctitatis, gratiae aduersari probabile censet Soarius, num. 44. & maxime, 47. Porro Zumel, ad citatam, quaest. 64. artic. 4. & Quiros proxime, numero 17. § *cui sententia* probabilem eandem sententiam reputant. Quiros vero qualitatem illam doloriferam, noxiamque demoni ab igne proveniente propriam & connaturali passioni, aut operationi Angelici contrariam esse ait, etsi cuiusdam operationi, aut passioni connaturali sit, neque designet, nec possit (vt ultimo) designare, iis etiam quae monet ibi doctrinis ad supposita (praecipue tertium) statuenda: de quibus infra dum specialis argumenti contra virtutem actiuam obedientiam ignis ad qualitatem doloriferam, & noxiam demonibus producendam euasione ab eo tentatam pracludamus, specialia, quae à nonnullis citatis huius sententiae, Patronis dicuntur nec ad eius substantiam spectant refelli facile possunt. Primum quod dissentanea illa qualitas praeternaturalis solum sit, & si nulla eius exigentia, aut virtus actiua naturalis in tota natura sit, sed sola virtute obedientiali ignis producat, tanti, non est, vt in eo confutando tempus teratur. Secundum de disconuenientia, & dissentaneitate physica eius qualitatibus. cum demonum, natura quoniam alicui physicae potentiae, passioni, operationi, aut qualitati aduersa sit, & contrarietur à plerisque eius sententiae Patronis censetur impossibile, vt retulimus ex Soar. & Quiros proxime, & num. 21. § *ex his credo*. quia, quod alicui, nec in substantia proxime, nec remote in accidentibus ipsi commo- dis, & bonis noxium physice non est, nequit ipsi esse physice disconueniens, aut doloriferum: id, quod experimento nobis frequenti, & constanti confirmatur.

2. Soarius, & Arriaga aiunt esse qualitatem fœdantem, ac destruentem demonum pulchritudinem, eique contrariam. Et Soarius gratiae, & sanctitatis pulchritudini maxime aduersam expressit, num. 47. sed minus bene. Siquidem gratiae, & sanctitatis nihil, nisi peccatum, natura sua aduersatur: quod qualitas illa nusquam est. Secundo, quia in demonibus, quos cruciatur debet in penam, gratiam, & sanctitatem omnem expulsum per peccatum supponit natura sua. qualitas illa, ac proinde, nil damni & nocuenti posset sanctitatis pulchritudini in demonibus derogare: inducunt totam ei aduersam fœdantem à peccato demonibus aduenire. Tertio, de cruciatu animarum purgatorij per ignem corporeum, & si temporario, vero, & cum gratia, & sanctitate amice compositio quid dicit? Aliam certe qualitatem huic pulchritudini, non aduersam, qua animae ab igne purgatorij crucien- tur debet Soarez excogitare. Communis est ergo vno labore, qualitatem vnam, qua cruciatur per ignem vtroque explicari possit, ac defendi. Arriaga, cui demonum pulchritudini, ea fœditas contrarietur, non explicat: cum non possit, non alicui opponi, si proprie fœditas sit. Quin vno qualitatem subiecto disconuenientem, & aduersantem, alicui eius physicae qualitati subiecto commodè contrariari non debere bene asserit, & ex instituto probat, num. 47. & 48. § *Primo tamen potest videri*, & § *confirmo secundo euidenter*; sed debuisset abstinere in conclusione voce *fœdantis*, & qualitate euidenter in probationibus. Quiros, qui alicui qualitati, siue passioni, siue operationi naturali, seu accidenti alteri commodi subiecto, qualitatem ipsi dissentaneam, nociuam, & doloriferam contrariari debere arbitrat, actu connaturalibus passionibus, & potentiis naturae angelicae demonum eam qualitatem aduersari, docet, num. 17. § *cui sententia*, init. & num. 21. § *ex his credo*. Sed tamen, cui earum determinate, ea qualitas aduersetur, non designat, nec poterit designare: maxime, vt ea demones ab igne vii, cremati, ardere proprio sensu (vt ab scriptura,

& Patribus dicitur) defendi possit: vt potestas passiones, & operationes angelicas percurrenti clarebit, sed praestat iam, specialibus horum explicandis modis relictis, sententiam hanc vniuersam, & fundamentis generalibus euerri.

3. Et primo quia, tota potentia obedientiali creatura cuiuslibet ad alias omnes producendas innititur: atque principium hoc, est falsum, & repugnans: ergo & ei innitens sententia: Antecedens probauit ex instituto, semel (labore, & meditatione, non repetendis) sua propria sede, in physicis controu. de causarum creaturam, adiuuante, cum à priori, tum ab absurdis, tum ab aduersariis inconsequentis communibus, & aliorum specialibus, scio ita negari ab Arriaga, imo & à Quiros, num. 23. § *argumentum tertium*, sub init. vt generalem, hanc potentiam actiuam obedientialem rerum, ad quodvis creaturam agendum euidenter à se probatam alibi credant, & iudicent, sed quam nebulosam, vel pure potius tenebris eorum euidenter, & aliorum probationes sint, citato vidimus loco. Id nunc solum dicam: eius opinionis auctores cordatissime euidenter rationibus, ac demonstrationibus solis agere cum aduersariis debere: vt abscon ex terminis, & sensu ipso fidem sibi abrogantem apprehensionem hanc sententiae suae in aliis imo, & in ipsis possint corrigere. Siquidem in hac sententia, adiuuante sua physica, sibiue intrinseca potest producere gratiam, lumen gloriæ, & pulchritudinem, celos, alia, & similia quae dictu incredibilia cum sint non nisi euidenter rationibus apprehensionibus, & iudicia aduersa abiti possunt; quemadmodum, & falsum sensum, & inde oriundam intellectus apprehensiones, & indicia de iridis coloribus, atque aliis similibus, non nisi euidenter, rationibus corrigi deponique possunt. Arguo secundo, (ea obedientiali actiua generali rerum, & communi admissa) & ad rem praesentem efficaciter: quia eiusmodi potentia, competit rebus, non ex specifico cuiusque praedicato & ratione, sed ex praedicato communi creaturae, ratione cuius Deo, cuiusque arbitrio ad omnem vsum operationis, vt instrumentum, vt edendi, quem per eam, vt instrumentum, vt lit Deus physice producere subita est: ergo cruciatur demonum, & damnatorum per ignem specialius, adeo per scripturam & Patres denuntiat, propriusque ignis, non quia, reue, aut agentis creati alterius effectibus infundendi, comburendi, & cremandi illos designat, non ab igne secum speciem propriam, & rationem naturae suae speciem, sed secundum genus supremum, & rationem vniuersalissimam creaturae prouenit: & qui aequo ab aqua, alicui quauis creatura fieri posset ac, si Deus ita vellet, proueniret. Hoc autem effectum priorum naturae specificae, & peculiaris ignis designationi, & denuntiationi à Deo factae appellationi, & denuntiationi, si fors velis Deum, vt hostissime aueratur. Ni fors velis Deum, vt hostissime aueratur pertereret ignis efficacissimi, & vehementissimi agentis vniuersalissimi sensus, & dolori cruciatibus, in eis denuntiationibus, vsum, non autem, quia eius proprius effectus essent: sed hoc est dicere, inanibus terribilissimam aperire. Et ad praesens: cum vbi ab his Doctoribus assignari possit ab igne produci- bile, quacumque actiuitate, quod alicui physice passioni potentiae vitali, vel non vitali, naturali, angelicae naturae demonum contrarietur, potentia obedientialis cruciandi demones, nequit igni iuxta Soarium, Doctorum (Arriaga excepto) rationem memoratam, numero primo, siue tribui: cum, vt cruciet aliquid alicui, ex dictis contrarium deberet prodere in eis.

4. Aug.

4. Argumento penultimo duas solutiones præuenit Quiros citato, §. *Argumentum tertium*, alteram (me iudice) altera petrem. Primam adhibuerat etiam, numero vigesimo, §. *Tunc ultra*, ex tertio supposito præmissio, numero 17. §. *cui sententia*, & doctrina Ioannis Martinez de Ripalda, disputatione 33, de ente supernat. sectione secunda, quod scilicet, in aliquibus rebus, minus repugnantia, seu dissonantia, aut distantia ab ipsorum naturis, seu maior proportio sit, virtutis obedientialis, ad aliquos effectus, quam sit, in aliis rebus ad effectus eisdem. Manifeste (ait) patet in intellectu, & voluntate, seu creatura rationali ad actus intelligendi, aut volendi supernaturales, ad quos proinde virtute obedientialis magis proportionata ipsius natura, & potentia naturali concurrunt, quam aqua aut inanimata, & irrationalia reliqua ad illos actus concurrerent: in quibus, ad similes naturales, adhuc potentia naturalis, non est, uti in rationali natura eiusque intellectu, & voluntate naturalibus inuenitur: sic igitur (inquit Quiros,) ad cruciatus denunciatus à Deo demonibus, & damnatis inferni igne infligendos per eius potentiam actuum obedientialem maior proportio, est potentia huius obedientialis cum ignis natura, & actiuitate naturali, quam in aqua, aut alio quouis agente esset, verbi gratia ad calorem supernaturalem edendum, quo cruciatur: est quippe in eo naturalis actiuitas ad similem, etsi naturalem, calorem producendum, quæ in aqua, ac reliquis deficit; ac proinde merito ignis specificat naturæ, & secundum propriam ipsius rationem, & speciem propriam, nec solum secundum genus supernum, & prædicatum vniuersalissimum creature cruciatus præfati, ut proprii ipsius demerantur. Cæterum falso supposito innuitur solutio & in eius applicatione deficit plane. Suppositi falsitas constat: quia intellectus, & voluntas, quæ, ex parte sua ad intellectionem & volitionem supernaturales concurrunt non concurrunt, ut intrinsecus eleuata potentia ex specie, vel habitu supernaturali ipsi adueniente, ut hi, & reliqui doctores (præter paucos Thomistas Dominicanos valde recentes, & nobis iam viuentibus natos) facerent, qui supernaturales habitus totam rationem agendi actus supernaturales merito negant; imo, vel ipso habitu non inherente sed assistente potentia vel alio prorsus extrinseco Dei auxilio loco habitus supernaturalis æque commode potentias intellectus, & voluntatis, intellectionem, vel volitionem supernaturalem elicituras bene, & constanter docent, sua igitur, & naturali prorsus intrinseca virtute, ac nullatenus obedientialem, ad eos actus totalitate effectus, non autem totalitate, sed partialitate causæ, ut principia partialia, quæ habitu, ut partiali principio & concausa principium integrum, adæquatam causam, & completam virtutem, & potentiam eorum actuum constituent, ad illos concurrunt: quia aliquid in eis actibus est, quod secundum se spectatum naturalis suæ virtuti responderet, etsi, quia in integro effectu aliud sit idemque coniunctum, cum illo, quod potentia intellectus, vel voluntatis solis nequit respondere, habitus supernaturalis, seu auxiliij extrinseci loco ipsius, adiunctione, & adiumento egeat; uti & hoc potentia alterutius vitalis, quia se solo nequit, actuum voluntatis, vel intellectus vitalitatem attingere.

3. Igitur, quodvis ex eis principiis alteri subordinatum essentialiter in eis actibus efficiendis muno est; non secus, ac species, seu obiectum, & potentia cognoscitiua ad eius cognitionem producendam essentialiter vicissim subordinantur; aut hæc omnia, quatenus ex parte sua vnumquodque virtute propria natura & intrinseca, & naturali, & nullatenus physice eleuata in ratione actiuitatis, ad præfatos actus, & effe-

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. II.

ctus concurrunt, tituloque prædicatorum virtutis suæ naturali omnino respondentium, & nullatenus obedientialem voluntati, & arbitrio speciali Dei, nisi ratione indigentia concursus generalis, & productionis, seu adiunctionis habitus, aut comprincipij alterius supernaturalis, quod, quia ultra naturalis potentia, & natura totius, vires, & exigentiam est à Deo absque villo potentia, naturæque debito, apponitur; si autem aliunde apponi posset, ac potentia adiungeretur absque villo Dei imperio, aut decreto, natura, & naturali suæ virtute ad actus supernaturales cum adiuncto illo comprincipio, & partiali causa eorum, dubio procul, concurrere posset, & concurreret, quin in eo aliquid obedientialis actiuitatis, & concursus intercederet ex parte potentia naturalis concurrentis ad illos; quamuis quia supernaturali comprincipio completur, ut actus illos supernaturales totalitate effectus absolute possit, & producat, illudque, ex supernaturalitatis prædicato, aliis vitalitatis, intellectionis, aut volitionis, realiter identificato naturæ, & potentia naturali ordinis superioris, eleuari extrinseco comprincipio ad illos producendos communiter, & merito dicatur, uti species impressa à potentia vitali nobiliori, quæ ad vitalem visionem eliciendam completur, eleuari ad superiorem perfectione effectum producendum dici vere posset, quocirca crassa gendorum aliquot eleuationis huius apprehensio ridenda est, qui eam intelligunt admodum eleuationis comædorum sursum è theatri tabulato, qui vel subiecto instrumento, vel vno occulto rapti per aera feruntur, & ascendunt, quo ascendendi nullam prorsus potentiam actiuam habent, sed ut emortua corpora, & stipites aliorum moru, & impulsu ascendunt; quod secus in hac potentiarum naturalium ad supernaturales actus, ex adiuncto supernaturali comprincipio eleuatione euenire Tridentinum nos docuit; quare argumentum illud Ripalda, & Quiros adeo protectio huius supposito patens, non præclaritate veritatis cunctis deinceps parebit; sed præ falsitate dilucida suspensus manet in parabulo. Non enim minus improporcionata, seu magis proportionata potentis intellectus, & voluntatis potentia obedientialis, actiua ad suos actus intentionales est, quam aqua (aut cuiusvis alterius creature) quia illæ similes, & si naturales, actus possunt elicere, secus istæ, sed quia potentia illæ partialem, naturalem prorsus, ac nullatenus obedientialem ad illos actus habent virtutem, ut ostendimus, aqua vero nullam: quare antecedentis suppositum negatur. Eo tamen permisso, malè illud in sua doctrina Quiros aptare potest euasioni, etenim quod potentia obedientialis actiua, magis proportionata, seu minus improporcionata, quam aqua aut alterius agentis specie, ab igne diuersi producendum erat, ut huic, eiusque obedientialem actiuitati speciali cruciatus damnatorum, & damnatorum specialiter tribueretur, non autem, eo generali & communi creatis cunctis potentia obedientialis titulo, & prædicato generalissimo creature, eiusmodi iuxta Quiros esse debet, ut specialem aliquam proportionem, & similitudinem habeat cum naturalibus effectibus creati agentis ira speciali potentia obedientialem eleuari; atqui effectus ab igne in demonibus, neque à Quiros inuenti, assignatiue sunt, nec possunt inueniri, nisi recurrat, ad calorem quandam spirituales, supernaturalem, Baconis in quarta, disputatione quadagesima sexta, articulo secundo, ab igne demonibus inductum, quem ipse Quiros, refert, numero vigesimo quarto, nec improbat, & si nec ipse, nec Bacon probent, aut intelligant, nec intelligere aliquis possit, nisi categoria tota, & ordo prædicamentalis, Aristote-

kk Note

Euangelij, & scripturæ loca continerent, atque ignis, non vt dicitur, & atrociter cruciaturus sed in atrocitatis cruciatum illorum exemplum afferretur: vt contra potentiam obedientialem ignis ad eos cruciatus dicebamus, numero 3. argumento 2. Probatur secundo, & confirmatur argumentum proximum, qui à tortura ignis in homines damnatos, & Dæmones æque, ac sine vlla differentia denuntiantur futura in Euangelio: quippe impiis hominibus dicitur *ite in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius*: atqui homines damnati physice cruciandi ab igne sunt, nec solum morali tua causalitate: ergo & Dæmones. Tertio denique, Dæmonum dolore, tristitia, seu qua velis, alia qualitate, spiritalis eorum ab igne ardor, vitio crematio, metaphoricè solum, & per similitudinem intelligitur, non per proprietatem, vt intelligi debere supra ostendimus: sicut ex locutiones de cibo, & potu, & ablutione animi per baptismum quoad aduersitatem quidem fat est, non vero ad sermonis proprietatem, vt doctè Augustinus, tract. 80. in Ioan. homil. in ea verba, Ioan. 15. *Ego sum vitis vera.*

CERTAMEN IV.

Sententia de eadem Dæmonum, & animarum separatarum tortura ab igne, qua à Deo cruciarentur vnita, crucianturque æternum reunita.

1. Celebris, & communis facis opinio confutata nuper proxime accedit: quia in tortura Dæmonum ab igne, quam assignat, actiuitatem supernaturalem, vel obedientialem ignis vel ei adeo adiunctam qualitatē alicuius supernaturalis impressione, vel extrinsecus adeo, vt particulari agente supplente aliquos intermedios effectus, quibus mediis ignis animam, dum adiuncta corpori est, pure spiritaliter vltimo torquet, acerbā & disconueniente dolorifera corporea qualitate, est autem sententia præfata ignem materialem Dæmonem, & animas damnatarum nunc pro statu separationis, ita, ac eodem dolorifero obiecto torquere, atque adiunctas corpori torquebat in, vita, cruciatusque æternæ est reunitas. Sententiæ huius author, & Inuentor reputatur Henricus loco citando, certamine 5. cum longe aliud ipse docuerit extant autem, eius Inuentores, & vterque primus, nec conscius alterius Dominicus Sorus, in 4. disputat. 50. quæstione 1. a. 2. sub fin. & Molina noster, 1. p. quæst. 45. a. 5. d. 2. §. *Ad tertium*, Sorum, secutus est Valentia, 1. p. d. 4. quæst. 15. punct. 3. Tannerus, d. 5. quæst. 6. dub. 3. quibus addit, Quiros, sectio 5. num. 27. §. *confero*, (vbi eidem sententiæ consentit) Zachariam Robert. tomo primo, demonstrat. symbol. lib. 1. demonstrat. 1. gener. a. 14. Lessium, de perfectionibus diuin. libro 13. cap. 30. Martinonem, & Albertinum, & (nescio quanta fide) Albertum, Bonauent. Auenan, apud Valquez, qui eos pro aliis sententiis refert, vt nos supra retulimus; item Patrem Koninchi, 3. p. d. de purgatorio dub. 3. à num. 31. qui tamen, pro alia longe diuersa sententia stat, ac nostræ, proxime saltem, accedit vt certam. 6. vidimus eidem sententiæ ex parte, quæ animabus separatis est, consensere Valquez, citata, d. 243. cap. 6. Turrian. d. 66. dub. 3. sine Alarcon citat. cap. 10. num. 19. §. *quinta conclusio*, fideliter refert, & si loca non notat. Possessque pro eadem parte refert Arriaga, sect. 5. vt autem hæc sententia, & vnusquisque ex citatis mens plane percipiatur percurrere breui sunt, quæ in Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tom. 11.

cruciatu corporum nostrorum intercedunt, quovisque ad pure spiritualem animi cruciatum per fugam, & auersionem voluntatis tristitiæ, & doloris, & à dolorifera qualitate corporibus ab igne impressa siue ea calor nimius, siue qualitas alia ab eo producta sit: illa enim, vel se ipsa, vt reor, vel mediis speciebus sensationem sui in tactu causat: inde quæ sensatio alia interna qualitatis eiusdem in phantasia producitur, ex qua fuga, & auersio, siue tristitia, & dolor de eadem qualitate, corpori nociua, & dolorifera, in appetitu sensitiua excitatur: suppuratis vero postmodum à materialitate, phantasmatis beneficio, & intellectus, qua agens est, virtute sensatis seu sensibilibus internis speciebus, idest speciebus aliis pure spiritualibus, illarum, quoad vim actiue representandi obiectum idem, quam similibus productis in intellectu passibili, seu qua passibili, vel possibili producitur, qualitatis eiusdem dolorifera corpori intellectus, & pure spiritualis apprehensio, & cognitio, ex qua in spiritali animi appetitu, seu voluntate, eiusdem dolorifera qualitatis fuga, & auersio per dolorem, & tristitiam de illa immediate procedit.

2. His iuxta sentiendi, & loquendi vulgarem philosophorum modum, (de quo nobis alibi strictum, solumque examen fuit) prænotatis, Sotus censet: qualitate actiua supernaturali igni à Deo infusa, dolorem, & tristitiam spiritualem voluntatis de igne, aut dolorifera qualitate, qua corpori coniuncta anima doleret, ac tristaretur ipsi separatæ ac Dæmoni ab igne causari docet Tannerus virtute, seu potentia actiua obedientialem igni intrinsecā: Molina vero ait: Deum supplendo, (vt planè potest) omnipotentia sua, vt causam particularem, inter medios effectus illos ab igne, vt animam corpori coniunctam cruciet dolore tristitia, prouenientes, ignem eleuare, seu (quod idem est) iuuare, vt immediate, & dolorifera illius qualitatis, qua ab igne cruciabantur, & cognitionem eius, intellectualem, & dolorem, ac tristitiam in anima separatā, & eodem modo in Dæmonibus efficiat: ac proinde eisdem torqueat, & cruciet obiectis, inquam sententiam, & modum, cum primum hæc Dæmonum, & animarum separatarum torturam ab igne meditates, ac priusquam Doctorem sententias omnes accuratius legerem, & euoluere, vt meam typis mandarem, inclinabam. Valentia censet: species & apprehensionem alligationis, & coniunctionis Dæmonum ad ignem ipsis naturaliter exigere, & physica coniunctione ingenerari, quoniam vero in hac ignis propria tortura, tristitia, dolorque Dæmonum non de ea alligatione & coniunctione physica ad ignem, vt obiecto proprio, est (etsi de ea etiam doleant, & tristitentur) sed de eo, de quo; cum ignis applicatur nobis, specialiter dolemus, de quo non dolemus, & affligimur, cum nisi immergimur, vel sustibus cadimur, addit. §. *Tertio non naturaliter*, apprehensionem eius alligationis: seu coniunctionis physice ad ignem ultra dolorem, & tristitiam de igne ipso, eiusque propria dolorifera qualitate, qua animæ corpori immerse cruciantur, cum ab eo vrinunt corpora, & ardent, in anima separatā nunc, & in dæmonibus supernaturaliter causari. Circa tres hos modos actiuitatis ignis ad eius in Dæmonibus torturam efficiendam à præfatis doctores explicato, primus Soti de actiuitate ignis per qualitatem actiuam à Deo inditam sustinendus non est, quia si ea qualitas corporea sit, nequit ea ignis ad cruciatus pure spirituales animæ separatæ, ac Dæmone, (scilicet puris spiritibus,) inducendos aptior reddi: cum ignis ineptitudo ad feos in spirituales substantias, inducendos ex corporeitatē suæ prædicato, quod in ea qualitate, indita à Deo reperitur, proueniat, insuper nec proprius, aut specialius ignis Dæmones torqueret actiue, quam aqua, aut signum, cui ea qualitas à Deo inderetur, scilicet, denominatione, & vt purum actiuitatis subiectum obedientialis vero ignis actiuitas ab Tannero asser-

ra, siue generalis, & communis cunctis, siue specialis igni attribuitur, exclusa affatim etiam est, extrinseca vero actiuitas à Deo, vt particulari causa, vitra id, quod adhuc inaduatam intrinsecam ignis exigentiam, & actiuitatem specialem ad eum effectum supra reiectas asserat: causalitatem solum moralem ignis, in eam Dæmonum torturam admittit, quam in Alarcon nostro nuper confutauimus. Id quod in nostri Valentia modo clarius reperitur, in Molina paululum dissimulatus est; contendit enim solum mediationem influxus ignis, in dolorem, & tristitiam voluntatis animæ separatæ, vel Dæmonis, diuinitus suppleri non autem absolutam actiuitatem, quam in eos spirituales affectus ignis, & si intermedii effectibus enumeratis, dum corpori animus immerfus, & vnus est, adeo suppletis, vt loco phantasmatis, & internarum specierum sensatarum ignis immediate, species impressas, spirituales, & eius apprehensionem, doloremque, & tristitiam absque intermedii illis effectibus ex parte sua inaduatam actiuitate concurrat præ aliis, quatenus ad actiuitatem ignis torturam attinet, adhaerebam, dum de tortura Dæmonum mecum, & discursibus meis solum cogitabam) sed certe actiuitatem intrinsecam ignis immediatam ad species sui intelligibiles, apprehensionem, ac subinde tristitiam, & dolorem voluntatis prorsus commentitiam, & absque vilo fundamento fatetur; & si corpori essentiale prædicatum, non magis igni, quam phantasmatis speciebusque interni sensus obesse possit: quare eodem impugnationi de actiuitate, influxu solum morali ignis in Dæmonum torturam modus hic patet.

3. Hæc de actiuitate ignis in Dæmonum, & animarum separatarum specialem torturam (quam plerique Doctores, vt ignis physice, & cruciet, & torquet necessitatem immerito reputarunt, vt certamine sexto, ostendimus) diuersimode ab huius sententia, Patronis explicata; iam quomodocumque actiue spiritualis dolor tristitia, & afflictio voluntatis Dæmonum, & animarum ab igne proueniat, nec cruciatus illum, eundem, qui ab scriptura, & Patribus, in Dæmonibus, & animabus separatis dicitur, & in his, si corpori vniti essent, foret atque in re vnitis resurrectione æternam erit, nec de obiecto eodem esse posse ostendamus. Primum probo; quia vitionem, ardorem; & cremationem ignis, (nec solum dolorem, & tristitiam de illis) pati possunt, patienturque Dæmones æque, & promiscue, ac post iudicium postremum homines dicuntur recitatis locis Matthæi 25. & Apocalypsis: imo tristitia, & dolor voluntatis Dæmonum non memoratur, & si necessario, ex eis obiectis oriunda. Nec præstat voce, ardoris, cremationis, & vitione ignis tristitiam, & dolorem de illo significari, intelligique debere; cum aliter nequeat ignis corporeus spiritus puros cruciare. Etenim promiscue dæmones cum hominibus vrendi, cremandique igne dicuntur, vt dixi. Secundo: si solum cruciandi igne generaliter dicerentur, fors locum haberet solutio; quia proprietate sermonis forte posset, verificari, aut cruciatus vitionis, cremationis, ex arsonis determinate, & in particulari asserti, nequeunt solis cruciatibus doloris, & tristitiæ propriè verificari, vt debent, dum signatim, signatisque vocibus ab scriptura denuntiantur; quod verificari aliter nequeat, nisi per dolorem & tristitiam metaphorica verificatione erit; quemadmodum, & odio flagitare, & ira excandescere homines dicuntur: eritque plane metaphorica ea frequens scripturæ locutio; Quam sapientia in re præsentem confutauimus: alioqui igne solum metaphorico, Dæmones cruciandos eadem ratione dicere licebit, cum nec pluries, nec magis, signata voce, quam, vilitio; ardor, crematioque eorum igne ab scriptura, & Patribus dicatur; sed forte sermonis proprietate verificari non posse, hi, & aliarum opinionum telui Doctores putant, quia, quidquid satis sit, vt sermonis proprietate Dæmones ardeant crementur, & vrantur quin ab igne aliquid Dæmones physice flammæ, ardoris, & vitionis, quo vrantur, & cremantur, patientur, & in se recipiant non satis indagant, & petcullerunt. Secundo impugno: sententiam istam, quia ignis ipse seipso, vel medio calore inducto molestus Dæmonibus esse potest, vel esse non potest. Si primum: ergo non solum cruciari potest, cruciabiturque dæmon dolore atque tristitia de igne apprehensio orta, quomodolibet, apprehensione ab ipso igne, metaphoriceque vri, cremari, & ardere, sed physice, & propriè vitionis, ardorisque molestiam, & cruciatus ab igne pati, vt scriptura, Patresque docent: quare ad molestiam dolentis & tristitiæ ex eius apprehensione, quomodocumque orta, & vndeumque proueniente, & eius metaphorice, vitionis ardoris, & cruciatus recurrendum non erit, quod est in sententiam 2. reiectam cert. 2. a n. j. incidere.

4. Si vero ignis se ipso, vel calore inducto molestus physice, & propriè Dæmonibus esse requirit, & si quouis modo actiue ad sui alligationem, & Dæmonum ad ipsum apprehensionem, ac subinde dolorem, & tristitiam concurrat, dolor, & tristitia erit de molesto obiecto, & cruciatus phantastico; orta, scilicet, ex falsa molestia, obiectiue apprehensione: quod enim, quo velis modo ab igne, ipso apprehensio molestia obiecti, quæ vera in eo nec est, nec esse potest (respectu Dæmonum, nimirum in casu nostro) actiue proueniat, nec apprehensionis errorem, nec tristitiam, & doloris ex ea subortis phantasticos, siue de malo, & molestia pure phantastica esse, tollere potest: quod est in primam sententiam reiectam cert. 2. num. 1. deterius adhuc & periculosius probabi, dices (quod fors voluit Tancræus nollet) ignem, & vitionem, calorem, & ardorem illum, cuius apprehensio, dolor, & tristitia, ab igne actiue Dæmonibus prouenit, eo ipso esse obiectiue vere molestum: siquidem vere eam dolentis, & tristitiæ molestiam Dæmonibus causat, ac subinde aptum natum eam, molestiam Dæmonibus eo causare de se se, & natura sua ignis est; contra primo, quia vilitio, crematio, & ardor Dæmonum, quorum solummodo apprehensione ignis secundum se molestus, sibi à Dæmonibus apprehendi potest, (Neque enim ignis secundum se apprehensione molestus sibi à Dæmonibus apprehenditur, nec dolor de eo, & tristitia eorum voluntatibus ingeneratur) æque fictitiam molestiam ex falsa solum apprehensione habet, atque incurtus, & idus tauri falso apprehensi in somniantem; imo magis longe fictitiam: siquidem molestia huius à somniantis apprehensio molestia possibilis est, molestia autem vitionis, & ardoris Dæmonum, est molestia ipsis per se impossibilis. Contra secundo, quia ignis in eam apprehensionem molestia actiuitas intrinseca ipsi, cuiusque nature non est, nisi mediata solum, quatenus calore, qualitateque dolorifera, & subinde ardore, doloremque, & tristitiam sensationem, internam, doloremque, & tristitiam appetitus sensitiui, ac deinde apprehensionem intellectualem causat, ex qua dolor, & tristitia voluntatis progignitur, vt contra Molestia explanationem dicebamus: quare actiuitas, quæ hæc omnia supplenda sunt, non ignis intrinseca, sed extrinseca & potius Dei est: à quo nulla infusa sententia, & naturali ignis exigentia terueniente intrinseca, & immediata ignis influxus in suppletur. Neque intrinseca ignis dolorem, & tristitiam vocem apprehensionem dolorem, & tristitiam voluntatis Dæmonum ex intrinseca illi obedientia, si potentia est possibilis, cum ob generalem eius potentiam repugnantiam in creaturis, tum ob specialis rationis, ob quam ad rem præsentem ignis specia-

specialiter debet competere, impossibilitatem. Contra tertio: quia ut ita ignis de se, & in actu primo molestus demonibus ab ipsis apprehendatur, oportet ipsum apprehendi, & cogitari expresse, ut principium molestiæ doloris, & tristitiæ de ipso conceptæ: vel ergo concipi potest, vel concipitur principium molestiæ, doloris, & tristitiæ ignis secundum se consideratus, & apprehensus, sine eo respectu causatiui doloris, & tristitiæ, vel nequit concipi principium molestiæ doloris, & tristitiæ, nisi expresse, ut eius principium concipiat, quia aliter principium molestiæ, ac eorum de ipso affectuum esse demonibus, non potest. Primum cum aduersariorum sententia, & eius solutionis doctrina non conuenit: iam enim ignis secundum se & sine illo respectu ad dolorem, & tristitiam & molestiam horum affectuum molestum esset physice demonibus, quod aduersarij scilicet reputant, & solutione ipsa fatentur. Secundum est impossibile: quia esset circulus rationum nugatorius: scilicet ideo potest demonibus causare, & causari dolorem, & tristitiam molestas, quia molestus esse illis potest, ac de facto est: siquidem tristitia, & dolor, nisi de obiecto molesto esse non possunt: ideo molestus esse potest, ac de facto demonibus est, quia doloris, & tristitiæ eorum causatiui est, & causa de facto insuper, cum ignis molestia solum, quatenus principium est doloris, & tristitiæ concipi nequeat, nisi dolore, & tristitia ab ipso factibili concepta: oportet eius tristitiæ, & doloris apprehensionem præcedere, & de illo dolore, & tristitia, quæ ex parte termini illius rationis causatiui doloris, & tristitiæ (quæ solum realiter formaliter molestus ignis demonibus est effectus potest) necessario debet præcedere apprehensio obiecti molesti ipsorum, & rationis, ob quam molestus sit, & eorum causatiui, & sic in infinitum. Contra quarto: quia iuxta hanc doctrinam tota molestia, & cruciatus demonum ab igne ratio non ignis propria, sed doloris, & tristitiæ contra scripturam, & Patres est; & contra obiecti molesti identitatem, cruciatumque animæ coniunctæ corpori, ac demonum causantis, quam hæc sententia asserit etiam vltius insectat.

5. Id autem facile probatur a nostro Vasquez c. 4. & 6. & a Soario n. 30. & Alarcon c. 9. n. 14. *Hæc sententia*, etenim anima coniuncta corpori de membri, aut totius corporis ab igne tortura, cum sensitiuo appetitu, tum voluntatis tristatur, ac dolet, quia corpori, vel membro suo qualitas dolorifera & disconueniens inducitur, ac subinde eius disconueniens, & dolorifera qualitas: in aliquo, quod ratione coniunctionis, & informationis corporis suum & proprium animæ est, residet, & cruciatum exercet, ut Aug. testimonio ipsius, quibus pro sua opinione aduersarij videntur, significat. Ita enim ait 14. de ciu. c. 15. *dolores, qui dicuntur carnis, anima sunt in carne: nam dolor carnis: offensus est anima in carne, & ex carne, & quædam ab eius passione dissensio: anima dolor, qui tristitia nuncupatur, dissensio est ab his rebus, quæ nobis nolentibus, accidunt, & lib. 2. c. 30. Si consideramus diligentius dolorem, qui dicitur corporis, magis ad animam pertinere. Et probatur rursus, quia vnio affectiua quæritur, v.g. amoris, & amicitia, erga alium mala, & molesta, quænis amico suo, ita propria facit, ut Deus, tristetur, ac dolet de quibus, nisi affectiuius nexus adesset, non dolet: ergo arctior nexus adesset, non dolet: cum corpore huius mala, & cruciatus suos, & proprios animæ facit, ut de eis doleat, & tristetur, ut de malis suis: atqui dolorifera illa qualitas, & cruciatus dolor corporeus seu corporis, quod est tristitia animæ coniunctæ corpori illam patienti obiectum nec est, nec apprehendi à Dæmone, nisi erronea, & somniantis consimili apprehensione, ut malum proprium: ergo nec potest esse doloris & tristitiæ demonis obiectum. Maior statuta satis est. Minor probatur: quia qualitas illa dolorifera, & corporeus cruciatus ab igne proueniens, nec est demonis illum in se physice patientis, & recipientis per te, cum nequeat substantia spiritualis pura demonis corporeum aliquid pati, & in se ipsa recipere: ergo dolorifera illa qualitas, & cruciatus corporeus ab igne in corpus, cui anima vnita, & physica*

forma, & informans, & cuius, ut animæ proprii malum nec, nisi erronee, ut malum demonis ab ipso apprehendi potest: quare nec demon, potest de illo, ut proprio aliquatenus malo dolore, atque tristitia, ac subinde, nec qualitas illa dolorifera, & cruciatus corporeus corpori ab igne proueniens, qui animæ ipsi physice vnite & coniunctæ doloris, & tristitiæ obiectum est idem ipsum poterit Dæmoni tristitia, & doloris obiectum, quo ab igne crucietur, etiam erronea (quam ipse habere, nequit, cum neutro modo proprium sibi cruciatum corporeum esse clare natura sua potius videatur) apprehensione à Deo insula de eodem obiecto pure phantastice doleat, & crucietur.

6. Restat examen de animarum separatarum tortura ab igne: simili huic, quam in demonibus impugnauimus, an verac, ac de eodem obiecto, sit, cuius dolore, & tristitia corpori coniunctæ cruciarentur ac post resurrectionem eterne cruciabantur: qua in re, censco cum aliis omnibus Doctoribus cruciatum, ignis, siue ab igne animarum separatarum proprium, verumque non posse (iuxta sententiæ prædictæ, & impugnata, actiuitatis impugnatos modos) saluari, ut ex prima, & secunda impugnationibus datis à n. 2. ad. 4. inclusiue, constabit, quoad obiecti cruciatus identitatem censco contra Valsq. Turrian. Alarc. & Arr. non magis esse posse veros ab igne, cruciatus, seu tristitiæ, & doloris de illo ab anima separata, quam à dæmone concepti obiectum idem cum eo, de quo anima coniuncta corpori tristatur doleat, & dolebitque cum æterne, in inferno ab igne cruciabitur, sic sentit Soar. c. 15. à n. 3. cum affecit pluribus. Probatur facile ex proxime dictis n. 6. quia corporea combustio, & qualitas dolorifera in corpus ab igne inducta eatenus obiectum doloris, & tristitiæ veræ animæ: quæ illa in se pati ab igne nequit, esse potest, quatenus ratione coniunctionis, ad corpus huic mala, & molesta, propria etiam animæ sunt, & sunt: atqui animæ à corpore separatæ deficit coniunctio ad corpus: ergo, & malis, ac molestis rebus, & cruciatibus, & qualitatibus corporis doloriferis ab igne in corpus adductis, ratio mali, & molestiæ propria etiam animæ, ut de eis, ut propriis etiam malis, dolere, tristarique possit: ergo dolorifera corporis combustione, & qualitate, de qua corpori vnita anima tristatur ab eo separata dolere iure, tristarique, nisi ex erronea apprehensione, minime potest. Dices: animam damnati separatam cognoscere reuincendam esse corpori æterne ab igne cruciando, ac proinde huius æternos cruciatus ab igne suos etiam, & proprios fore, sed id timorem, de cruciatibus illis animæ separatæ afferre poterit, non autem dolorem, & tristitiam, quæ de præsentis solum malo, quod quis patitur, esse potest. Dices, secundo: species ipsas cruciatus, quem tota æternitate corpus, & anima ratione vnionis ad ipsum, de præsentis patientur, & quantum ministerio cruciatum ignis tota æternitate præsentem apprehendit, & cognoscet, potest Deus animæ separatæ infundere: sicut, etiam præterisset cruciatus, easdem, quibus tunc præsentis cognoscebatur in ea conseruare: ergo sicut vel tota æternitate, vel tempore præterito de ea cruciatum corporis sui ab igne, ut proprium etiam præsentem apprehendebat, vel apprehenderet, ac subinde de eo cruciatu ut proprio tristabitur tristatur anima coniuncta corpori fuisset, nunc etiam separata proprium illum, & præsens apprehenderet, de eaq; ut tali tristabitur. Nil amplius probat obiectio, quam tristitiam animam separatam de obiecto eodem, de quo coniuncta corpori, sed tristitia ex falsa, & phantastica omnino apprehensione oriunda, quemadmodum somniantes de combustionem corporis, vel ictu corporeo à Tauro falsæ, & fictitiæ apprehensio dolent, & tristantur, idque solum specialibus suppositis doctrinæ suæ de receptione cognitionis & appetitionis sensitiuæ etiam, in anima corpori vnita obseruationibus probat Ariaga: cum autem tristitia, dolorque animæ separatæ de eius ab igne cruciatu vero præsentis, & proprio, non de solum phantastice ficto, & per errorem ab illa apprehensio, esse dogmatice debeat, animæ separatæ, atque coniunctæ nequit, iuxta hanc opinionem, idem esse obiectum defendi.

CERTAMEN V.

Qui virtute naturali ignis inducendi doloriferam corpoream qualitatem in substantias spirituales, earum supernaturaliter vel naturaliter passivae receptae potentia, praesentem difficultatem componunt, reselluntur.

Henricus quodlib. 8. q. 34. & nuper Franciscus de Lugo d. 28. à num. 46. Quirós d. 77. à sect. 2. (etsi cogitationi suae singulari non fidens, nec firmus, sed subdubius & suspensio adgaudent assensu vii, & d. 51. praestiterat) putant, ignem activitatem naturali sua, quae corporibus viventibus calorem, doloriferamque qualitatem aliam corpoream, quae ea cruciat, producit, eadem, & in demonibus producere: quoniam vero virtus eorum effectuum corporeorum in subiecto activa est, necessario passivam potentiam, seu illos recipiendi capacitatem, essentialiter correlatam in subiectis, in quibus eos effectus est concernit: quare, & in demonibus caloris, & doloriferæ qualitatis corporeæ potentiam physicam receptivam, quam naturalem in substantia spiritali demonum (quod ipsum de animabus damnatarum separatis est) Doctores omnes hæcenus negarunt. Henricus supernaturali qualitate ipsis à Deo indita receptivam capacitatem eorum corporeorum effectuum ignis demonibus fieri censet. Lugo vero ad potentiam & capacitatem passivam obedientialem spirituales substantiæ demonum recurrit: ad eum modum, quo Soar & alij relati, & impugnati cert. 3. & 4. ad obedientialem activitatem ignis recurrunt, ut ab eo molestæ qualitates spirituales demonibus inducerentur. Quirós vero sub dubia illa sententia, quam d. 51. in scholas induci potius voluit, quam asserere, & quæ eodem affectu, & iudicii suspensione ad præsentem difficultatem componendam vitur d. 77. receptivam hanc potentiam, & capacitatem passivam corporeorum effectuum illorum naturalem ex parte sua substantiæ spirituales demonum esse, eadem iudicii suspensione, insinuat, & ni singularitatis notam pertimesceret, aperte doceret, quia communi cum sublunariis materia de se ad quantitatem extensionem, & penetrabilitatem, vel ad penetrabilitatem demonis, & Angelos constare posse, & de facto fors formis spirituales constare impense multisque fundamentis ostendere contendit, ut d. 2. de Angelorum simplicitate physica vidimus. Tres hi modi passivæ capacitatis & potentiae receptivæ effectuum corporeorum ignis resellendi sunt, ut sententia præfata eliminetur cum passivæ eius capacitatis, & potentiae receptivæ effectus corporei in substantia pure spiritali modi alij, qui sub aliquo ex tribus non sunt, excogitari non possint.

2. Primus Henrici: quia, vel illa qualitas à Deo demonibus, eorumque substantiæ spiritali indita spiritalis est, vel corporealis spiritalis, nequit effectus corporei recipiendi capacitatem asserere demonibus, quibus secundum suam substantiam sumptis, è solo spiritalitatis predicato, ea passiva capacitas, & potentia receptiva effectus corporei repugnat, quo spiritali illa qualitate addita non extrahuntur demones, atque ad corporeitatis prædicatam deprimuntur: imo predicato spiritalitatis, quod, qualitas indita affert duplici titulo præfata capacitas, & potentia passiva demonibus repugnat. Si dicas corpoream esse inditam illam à Deo qualitatem, æque capax, vel incapax eius recipiendæ substantia spiritalis, atque effectuum ignis corporeorum erit si capax esse velis, inutiliter eius qualitatis additamentum ut eos recipiendi sit capax, comminiferis, si de se capax substantia demonum, non est recipiendi eam corpoream,

qualitatem incorporea aliqua alia infusa à Deo pro naturæ priori induitur: quare alia corporea, qualitas, & ad hanc alia, & sic in infinitum à Deo prius, & prius infusa præsupponendæ erunt. Secundus modus postri Francisci de Lugo de obedientialem potentia passivæ, & capacitatis receptivæ effectuum corporeorum ab igne provenientium, quam demonibus tribuit, eidem rationibus proportionaliter resellitur, quibus potentiam activam obedientialem à creatis, & ad rem præsentem ab igne reiecit: ex qua ad passivam Lugo voluit tenere paritatem. Et sane, si potentia hæc obedientialis passiva creaturarum admittatur ex qualitate substantiæ, & ex forma materiae educi divinitus poterit. Etsi enim naturaliter, & ex eorum naturæ materia creari debeat, ex eaque educi forma, & ex substantia rei, cuiusque propriæ qualitates, & physice passionis: at, iuxta doctrinam potentia huius passivæ obedientialis inveni omnia possunt, & pro Dei arbitrio debent, sicut, & ex potentia obedientialem activam, similia monstra admitti: ac proinde obedientialem huius potentia admittit philosophia sententia de pictis ad rifum tabellis, quibus homines cunctos, & adalque trahentes mulus vero Auriga, seu chori Magister, & numenta cantus discipuli, qui ab eo docentur, similis erit. Sed inter potentia obedientialem activam Doctores, qui eius exemplo, & discursibus ad eam in philosophia inducendam adinvenitis passivam huiusmodi inducendam occasionem, & fundamenta dederunt rectes controuersia est: an exacta obedientialem ad passivam obedientialem consequentia à paritate tenetur: quibusdam eam negantibus apud Ariagm sect. 4. n. 21. §. Duo in hac sententia, ipso vero Ariaga affirmante à n. 22. §. Ego tamen, & sequentibus quatuor, nempe vique ad §. Tertio denique includit.

9. Certe, si in re adeo à me aliena iudicium ferendum mihi sit, cenfeo Ariagm melius iudicem, & admittit potentia obedientialem activam creaturam ad effectus naturalem & virtutem ipsarum potentiam obedientialem earumdem ad improporionatos quosvis effectus naturæ, & naturalem potentiam passivam, seu receptivam capacitatem earum, recipiendi admitti debere. Probat primo ratione: quia potentia receptiva & passiva creaturarum predicatum essentialia creatum est: atque ex practico creati à Deo subiecto potentia activæ ad effectus quosvis naturalem agentem creato eiusque naturali activitati improporionatos etiam per excessum, perfectionis, & ordinis superioris, scilicet supernaturales, pro Dei arbitrio producentes ab his authoribus induitur: ergo, & subiecto potentia receptivæ ad improporionatos effectus, recipiendi, eiusque potentia passivæ, & capacitatis receptivæ pro Dei libito recipiendi, induci ab eisdem debet: sed iniquit Recentiores. Potentia receptiva formæ immediatæ & proxime respicit actum: ergo concernit essentialiter formæ immediatam, & proximam receptibilitatem in ipsa: atque absolute hæc repugnat formæ naturaliter proxime in ipsa, non receptibili ergo potentia receptiva illius absolute repugnat: ac proinde potentia receptiva obedientialis absolute repugnat. Negatur facile minor omni fundamento probabilitatis, in doctrina potentia obedientialis activæ, & discursu quo ab eius assertoribus probatur, restituta: siquidem, & hæc proxime, & immediate respicit suum actum, & naturaliter improporionatur ab agentis naturali activitate fieri, & tamen divinitus, & supernaturaliter ab ea absolute non repugnat quod ipsum de forma improporionata naturaliter potentia receptiva, cuius proximam actus est immediatus, & proxima receptibilitate obedientialis ab eam assertoribus eadem ratione, & iure dicitur. At iniquit: immediatus, & proximior actus potentia receptivæ, & forma quæ ipsi vnitur, eamque informat scilicet, quæ effectus potentia activæ, cui vnitur, eamque informat non debet, ut eius actus sit, atque ab ea fiat Respondeatur facile proximitatem, & immediationem actus, & potentia æquam, in diversis generibus, non esse eodem modo, & coniunctione faciendam, & quærendam, sed

in suo genere, & ordine vniuersali: quæque merito dici immationem, & proximitatem actus ad suam potentiam, in suo genere, & quæque actus alterius generis, & ordinis: ad suum, cum nihil magis, inter potentiam, & actum ordinis alterius: Nihil autem magis mediat in genere, & ordine potentia actus immediate, & effectus, & actionis ab ea fluentis, quam inter potentiam receptiuam, & passiuam formæ ipsi immediate, ac seipsa vnitæ in suo genere actus, & potentia: quamquam, & in hoc æquiuocatione obiectantes procedant: quia potentiam receptiuam subiecti cum potentia vnitæ eius ad formam, & actum subinde, confundit, cum tamen diuersæ potentia & actus sint, & vnus altero natura/mea sententia/posterior, & quæ sepe sine alio inuenitur: Patet in potentia materiæ ad animam rationalem, & ad vniorem cum ipsa quæ nullatenus, ex potentia passiuæ educitur, sed creatur: quare ad ipsam nec potentia receptiuæ, quæ educitur potentia agentis respondet, in materia inuenitur, etsi passiuæ informationis animæ respondens inueniatur, & vniorem receptiuæ, etiā educitur, ex qua vnio educitur. Respectu autem formæ materiali educibilis, ex materia, prior est actus formæ respondens potentia receptiuæ & educitur formæ ex ipsa, quam potentia ipsius passiuæ informationis, & vniorem ad formam: ad quam æque, ac materia, forma præsupponitur existens, & pro natura priori educitur: quia, æque, ac materia, extremum essentiale vniorem sui ad materiam, seu materiam ad ipsam est, & vnus vnibilitas ad materiam, seu potentia materiæ, vt vniatur ipsi, ad mutam vtriusque vniorem pro natura priori supponenda sit. Dices iterum: effectus formalis formæ, nequit adhuc diuinitus, à Deo supplere: ergo nec per potentiam obedientialem, vel ipsius formæ, vel materiæ inproportionatæ ad illum, eidem æquiuocationi innititur obiectio: est quippe effectus formalis proprius formæ cuiusque: hoc totum inadæquate constituit: quem effectum constitutionis constituitur, eius potentia respondentem vocare debemus, estque totum ipsum ex ea materia, vt partibus essentialibus intrinsecis constituitur: quare quatuor eorum deficiente idem totum perire omnino repugnat, etiam alia forma, vel materia diuersa diuinitus loco, alterutrum substituitur: ex qua totum quidē resisteret, sed plane diuersum ab eo, quod materia, & forma illa, cuius altera deficit, constitueret, quid autē, refert huius repugnantia, diuinitus adhuc incomplacabilis, potentia obedientialis receptiuæ formæ, sibi conaturaliter inproportionata, vt totum aliud ab eo, quod cum conaturaliter proportionata forma constitueret, constituitur componat: vltimō dices, effectus corporeus habet quidem repugnantiam diuinitatis partium inter se, & in ordine ad locum, & localem eorum extensionem, vt in demone, subiecto substantia, spiritalis & indiuisibilis recipi possit. Sed in præsentia demonis, & Angeli cuiusvis, etsi spiritali, diuinitatis, & extenta localiter ea repugnantia à Doctores emollita communiter est, & in animo rationali, spiritali, & indiuisibili, si suam propriam habeat præsentiam. Et quomodo non habeat, nō habet maius difficultatis, formam in se, & in ordine ad locum indiuisibilem aptari subiecto, & præsentia de se & in ordine ad locum diuinitatis, & in se, & in ordine ad locum diuinitatis aptari subiecto in se, & in ordine ad locum indiuisibili, & præsentia instantia ex naturalibus, & citra miraculū effectus petita sunt. Et illud etiam: quod ad extensionem localem præsentia diuinitatis demoni naturalis, extensionem localem suam forma corporea, haberet, quin alicubi subiectum indiuisibile deficeret, quod informatet, & in quo recipere. Denique cum potentia obedientialis miracula non respiciat, sitque legibus naturæ soluta, etsi forma corporea partibus extensionem localem potentibus constet, denegetur à Deo (vt potest) & ponantur in eodem puncto loci penetratæ, vt corpus Christi in Eucharistia in quouis accidentium puncto, & indiuisibili totum possum est. Sed plus satis in falsa suppositione actum est.

3. Tertius modus nostri Quiros minus adhuc

probabilitatis habet: supponit enim possibilem esse materiam, quæ de se se, nec corporea sit, nec determinata ad quantitatem, extensionem localem, partiumque & inter se, & cum corpore villo impenetrabilitatem, vel ad penetrabilitatem, & spiritalitatem, nec, nisi, ex formæ adiunctæ corporeitate, vel spiritalitate ad alteram ex eis determinabilem, & in rebus corporeis determinatam ad impenetrabilitatem, in aliis ad spiritalitatem, & spiritibus, & corporeis rebus subinde esse communem. Hæc autem somniam paradoxen nullo, authoritatis (adhuc ethnici Philolophi alicuius) aut rationis fundamento apparenti subnixum difficimus citato loco de simplicitate, & in compositione essentiali physica Angelicæ naturæ. Sed eius materiæ admissa possibilitate naturam angelicam eiusmodi materiæ de facto, consistere, reipsa Quiros, qui libero, & adeo arbitrario discursu circa possibilitatem angelicæ naturæ eiusmodi materiæ de se indifferenti, & nostræ communi constantis diuagatur ausus fuit asserere. Sed, vt videat, quam inutili labore ad difficultatem de cruciatu proprio demonum ab igne, cerebrum tot discursibus de eius materiæ possibilitate, & compositionis naturæ angelicæ alicuius ex illa, vexauerit: demum id totum, non solum in aliqua natura angelica possibili fieri absolute posse, sed de facto in natura angelica omni creatā, & existente reperiri; nihil tamen inde difficultas hæc emollicetur. Etenim ipsa de se corporea non est per se, nec determinata ad aliquid, corpoream, scilicet, quantitatem, impenetrabilitatem, extensionem, seu quantum; impenetrabile, & extensum, nec ratione formæ aliqua ratione exigente ad effectus suos in materia quantitatem, & quantā, seu corporea accidentia; alioqui iuxta tuam doctrinam naturā angelicā, quæ de facto est, in Angelis omnibus, ac subinde hi etiam omnes essentia sua physica, & metaphysica æque, atque homines, essent corporei contra definitionem Concilij Lateranensis; imo vero ex forma angelica purissime spiritali per se ad spiritalitatem determinatur, & spiritalizatur: ergo corporeus calor, & ardore ignis, nequit in illa recipi, ab eam educi, citius, faciliusque, quam à substantia pure, & absolute spiritali Angeli. Probatur; quia tota repugnantia, vt in hac recipiatur, & ab ea educatur forma corporea eius cum substantia spiritali Angeli inproportio; atque per te Angelus, eiusque natura ex tua illa materia indifferente de se, & forma spiritali pure, & absolute est spiritalis: ergo eadem est in ea inproportio ad formam, nec minore difficultate, aut repugnantia vincendo, vt formam corpoream recipiat, vel ab ea forma corporea educatur.

6. Si calore corporeo dixeris determinari extrinsecus, ad quantitatem, & corporeitatem, vide, quid dicas, quia, vt absolute calorem corporeum recipit, ita absolute recipiet corporeitatem, eritque absolute corporea: ac proinde Demon absolute corporeus erit: si quidem materia absolute corporea constabit contra Lateranensis de Angelis omnibus definitionem. Item pena ignis Angelus, qui peccauit, mutauit, specificè naturam, neque idem numero, imo nec specie, qui peccauit punietur. Secundo: cum materia essentia sua primario, & præcipue, respiciat, & exigit (cum essentia sua pars sit) formam, cum qua totum substantiale constituit, mirum valde est materiam à forma spiritali spiritalizatam ab accidenti corporeo, quod vix, & quasi per accidens, respicit, posse corporizari, & contra effectum primario, ac præcipuo, & essentiali suo actu præstitum, adeo extrinsecum, & accidentalium eius actum præualere, & oppositum effectum corporeitatis in materiam inducere. Ad hæc: cum potentia receptiuæ formæ seu eius educitur ex materia ad eius ex illa educationem, atque in illa receptionem pro natura priori ex parte materiæ supponi debeat, æque, atque agnititas ex parte agentis, vt formam ex materia educat actiue, ad eam vero potentiam receptiuam, & passiuam educationis formæ corporeæ ex materia proportio corporeitatis materiæ requiratur per corporeitatem ex formæ corporeitate in materiam determinata tribui materiæ nequit, quin aperta contradictione formæ

cui ligatum est, recedere, nec si vtrumque mobile sit, nisi altero loco tracto. Cum autem in prelatiis hæc dæmonis ad ignem allegatio, non flet, nisi relictus, quo stare possit, nisi in phylæ eorum viuent, que duorum entium, seu naturarum totalium intione le non repugnat, vt bene Ripalta citandus cum Sero, Gabriele, Okamo, y Valquez & aliis quos & nos sequimur t de Deo Trino, & Incarnato, d, p, oemini dicit quid Ariaga dicit, nullam aliam vniotionem, phylæm, nisi formam subiecti, vt integralium partium nature totalis posse esse, aut cum verisimili fundamento excogitari, ac induci, vt infra eius obiectiōnem contra nostram conclusionem proponentes & diluētes vt debemus, & nunc satis erit, si ad formam ignis vniō hæc addimatur.

utra alligacionem ab igne cruciatum.

3. Ut vltierus hoc, quod vere demones (& idem de damnatorum hominum animabus separatis est) ab igne patiuntur, facile, ac dilectum, quam quo Aeternus, explicemus, argue & difficilioribus / que scholasticos huicque à vero inania, & insufficientia, præfata abire, & aberrare fecerunt. Primum pato expeditius, duo premittenda sunt. Primum patitur, quod cruciatum viuens, qui illam pati-torturam, & cruciatum viuens, ac dolet realiter formalit- tur, & de quo trahatur, ac dolet realiter formalit- ter, in eo præcise consistere, quod dolores & cruet, ciente formaliter, qualitate per viationem physicam informetur, cuiusque lubidine effectus formalis ipso com

*Alligatio physica demonum, & anima-
rum damnatorum igni, penitus, quam
valgo, inspecta tortura, & cruciatus
vtrorumque ab igne facilius asseritur,
& explicatur.*

[illegible]

communicatur, vnde cumque, ea qualitas, vel forma proveniat, & passiva, si opus sit, vel activa procedat & fiat. Patet: quia, est calor, seu qualitas dolorifera (quæcumque sit) qua ab igne cruciamur, absque ignis concursu, seu influxu passivo nostri corporis, seu materie necessario ut ex ipsa educatur à Deo solo (ut fieri proculdubio potest) produceretur, seu crearetur, (ut aiunt) dubio, etiam procul æque, eodemque modo, & specie cruciatus realiter formaliter cruciamur, de eaque dolorifera qualitate tristemur, doleremurque, ac si ab igne, hoc vel illo, vel radio solari, aut nimia, ac vehementi lucis reflectione ea qualitas, nobis etiam passiva influentibus, educeretur. Ratio est: quia molestia, & disconvenientia respectu nostri intrinseca, & physica, ac entitativa essentialis, illi qualitati est, ex quibuscumque causis, ipsi quidem extrinsecis, proveniat, nec alio, quam sui communicatione nobis passivis, & patientibus eger: quæ per sui in nobis unionem physicam, & informationem realiter formaliter præcise sit, vnde cumque ea etiam unio proveniat, & causetur. Hinc, fit primo: nullum eius qualitatis agens realiter formaliter cruciare nos posse; sed solum activa quatenus id, quo realiter formaliter cruciamur in nobis producit, quo solummodo cruciari nos ab igne, iure dici possumus; eodemque modo, sensu, & proprietate (activa scilicet) vere cruciari diceremur, non autem ab igne, si non ab eo, sed ab alio agente forma illa, seu qualitas dolorifera fieret, ac nobis induceretur. Ex quo patet: quam male, nonnulli, ad physicam causalitatem, vel totalem Dei, vel qualitatis à Deo influxu igni, erga id, quod pro cruciatus, & obiecto tristitia, & doloris demonum ex igne, quicquid designat, recurrant: tunc enim, ne activa quidem (ut solummodo poterat) demones ignis cruciabit. Quod ipsum consensio de recurrentibus ad potentiam obedientialem, siue actum ignis, siue receptivum passivo influxu demonum, ut ab illo cruciatur. Fit inde secundo: ut, & si à nullo qualitas, seu forma dolorifera denuo produceretur in passivo cruciando, sed præexistens in alio illi per unionem physicam communicetur posse illud æque, realiter formaliter cruciari, atque nova qualitate, vel forma (speciei eiusdem ab eoeducta, & inducta: quare illud aliud, cuius propria ea forma, & qualitas passiva molestia, prius erat, & in quo, præexistit vere, ac proprie forma passiva molestia, ac proinde se ipso realiter formaliter passivo cruciaret æque, ac si aliam speciei eiusdem in passivo produceret, licet, neque ipsam, neque eius unionem ad passum causaret. Et si enim tunc activa cruciatus ille illius, seu ab illo, non esset, quia nec formam molestiam, neque eius unionem activa in passivo poneret, tamen totum quod molestum passivo est, scilicet disconvenientem formam, & qualitatem de suo ponit: unio quippe, & si ad communicationem formæ, ac molestiam passiva contentæ necessaria conditio sit, ipsa tamen unio in se, nec molestia, gravis ve passiva est, imo, nec ab eo percipitur, aut sentitur, nec percipi plerumque potest: ut patet, in omnium sensuum, & membrorum cruciatur, à quibus unio qualitatis, aut formæ molestiæ cruciantis realiter formaliter percipi, nequaquam potest.

4. Supponendum secundo est: qualitatem, seu formam gravem, & molestiam passiva, non ideo talem esse, quod connaturalibus eius qualitatibus, & earum constanti temperamento contrarietur, partiumve illius unionem dissolvat, sed in se ipsa, & secundum suam entitatem abique vilo ad contraria, aut partium viuentis dissolutionem respectu gravem molestiamque viuenti esse; tamen quandoque in illo ea contrarietas, & dissolutio partium viuentis potestas inveniatur. Suppositum hoc non est adeo commune, ut non contra plerisque sit; habet tamen bonos Patrones, & fundamenta à ratione, quæ alios deinceps tradere merito possint. Et quo ad potestatem dissolutionis partium viuentis Vasquez supra nobis consensit: quoad verumque Soar. supra in solutionibus objectionum contra suam sententiam, ex quo fuit

Christoph. de Ortega, de Deo Pno. Tomus II.

Att. sect. 8. n. 47. §. Primo tamen potest obici, & sequentibus usque ad n. 50. Probat primo: quia non eatenus calor vehemens cruciat manum, ac molestus sentitur, quia frigus petit necessarium, & connaturale viuenti, eiusque connaturali temperamento: ac proinde deficit viuenti, cum eius defectus, & privatio earentia sit, quæ nec percipi sensu potest, nec possit realiter formaliter cruciari. Secundo: nec percipi potest sensu contrarietas caloris cum frigore: quare nec cruciari, sed sola caloris entitas. Tertio: plures qualitates aliis à tactu sensibus perceptibiles, absque vlla contrarietate cum primis temperamentum connaturale viuentis constituentibus, aliisve ipsi connaturalibus, quas expellant, graues molestiæque de se viuenti sunt: ut fellis amaritudo palato, & naribus fætor, qui connaturalem dulcedinem præhabitam ab illo, bonumve odorem ab his expellant; sed quia se ipsi absolute sumptæ eis sensibus graues, & molestiæ sunt, de dissolutione unionis partium viuentis constat ad rationem molestiæ viuentis in forma, seu qualitate dolorifera, & molestia non pertinere. Primo: quia nec fellis amaritudo, nec fætor partes organicas palati, aut narium constringit, aut dilatat, ut opus erat, ut earum unio aliqua præcedens dissolveretur, & tamen graues, ac molestiæ viuenti in eis organis, & sensibus sunt: Secundo Rarefactio & constructio partium viuentis à frigore, & calore non nimis, sed moderate intensioribus, quam naturale viuentis temperamentum exigit, absque vilo cruciatus, & doloris sensu, in viuenti fieri experimur. Cum tamen abique dissolutione unionis præcedentis partium viuentis neutra fieri possit. Tertio: cum ab humore, vel haustu, aliaue, ex causa, dilantur, constringunturque partes viuentis doloris, sensus, & cruciatus, (& idem ipse, qui à calore, & frigore constringente, aut dilatante illas) debet percipi, ac sentiri, cuius oppositum experimur omnes. Quarto: si eatenus solum calor vehemens dolorifera qualitas, & crucians, viuentis est, quatenus nimis unionem partium eius dissolvit, & frigus, vehemens quatenus nimis laxiore dissoluta constringit: fiet plane, ut idem caloris, & frigoris dolor, eodemque modo percipiatur, sentianturque à quocumque agente partes viuentis, vel ita nimis diuidantur, ac dissolvantur, aut constringantur, ac comprimantur, v.g. ictu gladij, vel equulei tortura, contusionibus &c. quod salum experientia, & ratione est. Duo hæc præ oculis habenda, ut in vera tortura demonis, ab igne indaganda, explicandaque cum antiquioribus non aberretur, & sententiæ nostræ veritas facile, & expedite intelligatur.

5. Dicendum est. Alligatio demonum ad ignem, per physicam unionem ad eius formam substantialem, vel intentissimum ipsius, (si malis) calorem, præcise, nulloque alio, vere & proprie demones realiter formaliter ab igne cruciari. Sic censuit noster Bellarm. lib. 1. de purgator. c. 12. quatenus August. & Greg. pro hac sententia recitandis, & expendendis, eorumque rationi, aliis scholasticorum modis protulit omittis, consentit. Conink etiam noster q. de purgator. dub. 3. & noster etiam Ripalda manuscripto de Angelis, tamen aliud insuper addat: scilicet, ex calefactione, nimia, & ardore per unionem physicam formæ, & caloris ignis realiter formaliter demoni communicatis, eum sensationem materialem, materialis illius formæ, & qualitatis dolorifera vitaliter elicere diuinam, seu obedientialem virtutem, quæ inadæquate in Dæmone & inadæquate in ignis uniti forma subiectatur. Quæ admodum naturales sensationes nostras doloriferarum qualitatum anima vitaliter agit, in ipsa tamen inadæquate, & inadæquate in corpore subiectatas. Pro quo suo additamento refert, ac recitat Henricum, quodlib. 8. q. 34. qui tamen passivam receptibilitatem adæquatam (superadditam demonibus à Deo caloris in ipsis, ab igne, cuiusque naturali virtute producti verbis, ex ipso relatis concedit: quo, & à primo, in quo nobiscum sentit Ripalda, & à secundo, quod addit abest Henricus, quam longissime. Recitatur, etiam pro eodem additamento S. Bonau. loco supra à nobis citato verbis, quæ nec additamento fauent, cum

non dicat animam separatam, & eius adinstar demonem sensatione materiali immutari igne posse; sed solum animali hoc est vitali quæ ab anima fit: scilicet, cum anima iuncta corpori est, non naturaliter, id est naturali caloris, seu ignis actiuitate, sicut corpus, siue coniunctum, siue separatum, sed vitaliter (se ipsa mouetur; imo vero, nec moueri, cruciarique demonem, & animam separatam realiter formaliter igne, sed ab igne scilicet actiue patiendū expresse docet: quo à primo etiam, in quo nobis cum Ripalda conuenit, discordat. Sed additamentum postremum falsum multo, ex capite est, & inutile: inutile quidem siquidem cruciatus ardoris, & caloris vehementis ignis, cruciatus ignis corporei verus, & proprius realis formalis in demonibus, uti in hominibus, erit, veraque ignis corporei per se sensus & si hæc pure spiritualis sit, ut omnes supponunt, ex qua tristitia, & dolor spiritualis corporei illius cruciatus à vero corporeo igne, in demonis voluntate progignitur. Falsum vero est: tum, quia corporei illius sensationis subiectum inadæquatum substantiam spirituales totalem constituit, quod nec de anima corpori vnita admittendum citius erit, quam esse illius adæquatum subiectum, ut diximus supra: nedum in substantiis spiritualibus natura sua, in quibus ad vnionem physicam cum corpore villo naturalis aptitudo (nedum ad eius receptionem) potentia passiue receptiua non est. Vnde obediencialem potentiam receptiuam eius sensationis admittit debet in demonibus, uti ad eiusdem vitalem elicientiam adiuuam obediencialem admittit, & pugnantis multiplicando, ut supra ostendimus.

6. Nostra conclusio expressa est Augustini 21. de ciuit. c. 10 ubi ex sententia tunc, non adeo, ac nunc, explorata, & certa de pura naturæ angelicæ spiritualitate, & incorporeitate, sic de pena ignis demonibus infligenda, & eternum infligenda discit. Cur enim nos dicamus, quamuis miris, tamen veris modis, etiam spiritus incorporeos posse pena corporalis ignis affligi, si spiritus hominum etiam ipsi profecto incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubilibus alligari, adhaerebunt ergo (si eis nulla sunt corpora) spiritus demonum, imo spiritus demones, licet incorporei, corporeis ignibus cruciandi: non ut ignes, ipsi quibus adhaerebunt eorum iunctura inspirentur, & animalia fiant, quæ consent spiritui, & corpore: sed ut dixi, miris, & ineffabilibus modis adhaerendo, accipientes ex ignibus, penam, non dantes ignibus vitam: quia, & iste alius modus, quo corporibus adhaerent spiritus, & animalia fiant, omnino mirus est, nec comprehendi ab homine potest: & hoc ipse homo est. Quibus mirus modus, & ineffabilis de demonum igneo cruciatus, non cadit supra id, quod ipse Augustinus effatur, & docet, scilicet, per communicationem formalem ignis media physica eius cum demone vnione fieri (quod, etiam exemplo communicationis formalis vitæ ab spirituali nostra anima media physica vnione corpori communicatæ explicat, & à paritate confirmat) solumque cadit mirabile, & ineffabile modi vnionis vtriusque cuiusque naturæ, quam, etiam in nobis cum modum esse sciamus, penetrare, ac penitus intelligere non possumus. Pergit autem confirmare ex eis vocibus epulonis Diuitis, vel potius eius animæ, ex inferni tormentis, & cruciatus clamantis ad Abrahamum. Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma, quam confirmationem efficacem reputat, si hæc metaphoricæ, & per allegoriam ab aliquibus (quos non reffellit) dicta non intelligantur. Præcauit autem subtilissimus Doctor, & profundissimus Pater, & præuenit obiectionem, quæ huic sue sententiæ opponi poterat, & maximi nunc noster Ariaga facit, moxque ex Augustini Doctrina recitata diluimus, verbis illis. Non, ut ignes ipsi, quibus, adhaerebunt, eorum iunctura inspirentur, & animalia fiant, quæ consent spiritui, & corpore. Ac rursus accipientes ex ignibus penam non dantes ignibus vitam.

7. Pro eadem sententia æque apertus est. Ma-

gnus Gregorius 4. Dialogor. toto capite vigesimo nono, eodem exemplo vnionis, & vnificationis corporis nostri per spirituales nostras animas probans: & insuper exemplo animæ separatæ diuinitis in inferno proprie ardentis, cuiusque igne, & flammis cruciatur, ut Gregor. supponit, ex Luca 16. confirmat, ac tandem, inde ad demonum ab igne cruciatus & contra mutuum consequentiam deducit, deinceps à Catholicis omnibus approbandam. Sed, quoniam verba eius capitis aliqua, à contextu separata, atque, (ut non semel fieri ab scholasticis, pro cuiusque opinione statuenda solet) diuilla diuersum, quid sonare minus doctis possentiorum caput ad verbum transcribendum est breuissima postilla quadoque ad sensus explicationem, & coherentiam subiuncta dixerat cap. 8. Nūm scilicet electi (id est eorum animas) beatitudo latet, in triduo nesci quid, quod à die exitus sui ignis reproborum exurit. Cui cum statim Petrus. Et quia ratione credendum est quia, rem incorpoream tenere ignem corporeum possit, inchoat caput vigesimum nonum. Gregorius Petrum rogans si viuens hominis incorporeus spiritus tunc in corpore, cur non post mortem, cum incorporeus sit spiritus, etiam corpore igne teneatur? cui Petrus in viuenti quodlibet. idcirco incorporeus spiritus tenetur in corpore, quia viuificat corpus, quod, tactus aut, spiritus igni non praestat. Instat autem inde Gregorius (ut proxime Augustinus) si incorporeus spiritus Petre, in hoc tenetur potest, quod viuificat, quare non panaliter, & ibi teneatur ubi mortificatur? & si (subiacitus respondet) non viuificet per illum, id. in quo tenetur. Teneatur autem spiritum per ignem dicimus, ut in tormento ignis videndo, atque sentiendo (experimentaliter ignem, cuiusque cruciatus, uti nos, cum vrimur, ac igne cremamur, aliqui illud sentiendo superfluit, nihilque vltra videndo significabit) puniatur, ignem namque, & ipsi patitur, quod videt, & quia cremari se ipsi, immatur: sique sit, ut res corporeas incorporeas exurat: dum ex igne visibili ardet, ac dolor inuisibilis trahitur: ut per ignem corporeum mentis incorporeas, etiam incorporeas flamma crucietur. Porro ab eis verbis, ignem namque, ac extrema hæc recitata in sola ignis adiuncta spirituali apprehensione, & inde orto dolore spirituali, totum ignis cruciatus, & tormentum spiritualibus substantiis degnale videtur contra id, quod immediate verbo illo sententia significauerat, quare nihil noitæ conclusionis fuisset. Sed certe apprehensione, & dolore illo spiritualibus torqueri, & vi aliquo modo igne spiritus eis verbis vere docet, ut verbo videndo dixerat, sed eorum corporeum cruciatus, ignis ardoris, visionis, & flammarum corporearum non excludit; imo vero facit: ut, ex illis verbis, & quia cremari se aspiciat, igne scilicet, crematur, ubi cruciatur, & cremationem ignis aliam ab ea, quæ aspectu, & visionem spiritibus affertur, ut visionis, & aspectus illius obiectum designat, quod continuo explicat, & probat hæc recitatis adnectens: quamuis edigere ex dictis Evangelicis possumus: quia incendium animas, non solum videndo; sed etiam experiendo patitur. Veritatis etenim voce diues mortuus in inferno dicitur sepultus cuius anima, quia in igne teneatur ignis, mittit Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma: dum ergo peccatorem diuitem damnatum veritas in ignem perhibet, quinam sapienter reprobos animas teneri ignibus neget? cui Petrus. Ecce borum animas teneri ignibus neget? cui Petrus. Ecce ratione, & testimonio ad crudelitatem seducit animas, sed dimissus iterum ad rigorem redit, quomodo enim res corporea rem incorpoream tenet, atque aspicere possit, ignoro. Cum vero Gregorius rogat, Dic quæso te apostatas spiritus ac celesti gloria deiectionis, esse corporeos, an incorporeos? suspicari scilicet Petrus. Quis sanctorum sapientis esse spiritum corporeos dixerit? Rursus Gregor. gehenna ignem esse incorporeum, an corporeum? scilicet cui rursus Petrus, ignem gehenna corporeum esse non ambigo, si certum est corpora cruciari. Tum Gregorius.

ritus. Certe reprobus veritas in fine dictura est. (Matthæ. 13.) ita in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius, si igitur Diabolus, eiusque Angeli cum sint incorporei corpore sunt igne cruciandi. quid mirum, si anima & antequam recipiant corpora (resurrectione) possint corpore sentire tormenta: cui Petrus ac eius nomine Gregorius. Patet ratio, nec debet animus de hac ulterius questione dubitare.

8. Hæc non solum sanctorum Patrum (quod satis in re hæc esset) expressa auctoritate, sed & ratione in eis satis infirmata conclusionem nostram probant, atque ab obiectionibus, quæ opponi à ratione poterant, facillime expediunt, si paulo minutius eorum ratio ad scholasticum morem instruat, demones, & animæ separatæ damnatorum reali physica vnione coniunctæ corporeo igni sunt, & vnitæ, cuiusque formæ igneæ (& si velis calori) atque ea forma molesta, grauis, dolorifera, & cruciatiua eorum spirituum est: ergo media vnione, eius molestia, dolor, & cruciatus spiritibus, demonibus, & animabus damnatorum realiter, formaliter communicabitur, ac proinde realiter formaliter ignis forma (etiam manu, calore) quare, & igne corporeo cruciabitur. Consequentia est legitima ex primo præsupposito probato n. 3, scilicet, molestiam, & cruciatum, cuiusvis formæ, aut qualitatis alicui grauis, molesta, & cruciatiua sola vnione physica huius ad ipsum communicari, atque in ea physica vnione realiter formaliter cruciatum ipsum ab ea solummodo consistere, vnde cumque forma molesta, dolorifera, & crucians, cuiusque ad cruciatum vnio, actiue, ac receptiue proveniat, vel non proveniat. Maior probata etiam est n. 1, ac insuper ex ratione, & paritate, quæ præstat vtuntur Patres, quatenus extremorum, alterius corporei, & spiritualis improprio entitatiua eorum physica vnioni videbitur obesse: quæ etiam, longèque, imò infinite, maior in hypostatica verbi vnione superata est: & quamvis duarum naturarum substantiarum essentialiter, & integraliter totalium physice vnio repugnaret (quod contra Doctores plures, & abique illo fundamento credi ab omnibus tanquam certum vult Ariaga) vnio hæc, siue demonum, siue separataram animarum, cum toto igne, cuiusque etiam materia non est (quæ cruciatiui, & dolori, nequit inferuire) sed igneæ formæ, vel calori eius intento summo in materia ignis subiectatis, ac physice etiam vnitis: ratione vero earum etiam ignis cuius materiz insunt, mediate demones, & animæ sunt vnite, ac subinde toti igni absolute coniunctæ, & physice absolute vnite, & alligatæ. Ex quo euanescent duo, quæ magni ponderis contra hanc sententiam censet Ariaga scilicet. 6. n. 35. §. Argumentor ergo. Primum quod ex hac physica vnione animæ separatæ ad ignem referretur homo viuens, substantialis, cum dispositiones ad infusionem animæ, & eius cum corpore naturaliter agendam vnionem, solummodo requirantur, non autem ad intrinsecam, substantialem, & essentialem hominis constitutionem: id enim vim habere posset, si vnio hæc animæ cum materia ignis foret, non autem cum materia ignis est, sed cum eius forma ignea, seu calore vnde, apparet quam sapienter Augustinus dixerit, non ut ignis spiritus iustitiam (vnione) inspirantur, & animalia fiant: ac rursus: accipientes, ex ignibus penam, non dantes ignibus vitam, quamquam & si toti igni indiuisibiliter, & coniunctim sumpto anima immediate, indiuisibiliter vniretur vim obiectio non haberet. Secunda, eiusdem obiectio euanesceat: quia anima non informat ignem, neque eius formam, aut calorem, sed eas potius patitur, à quibus ea vnione informatur ad penam, & cruciatum, vt profunde etiam, & acute Augustinus illis verbis: Accipientes ex ignibus penam, & Gregorius illis verbis, quare non penalius, & ibi reneatur ubi mortificatur, ecce vnionem informatiua, quam, inter animam, & ignem necessariam esse, vt physice vniantur, Ariaga contendit: sed non qua ignis materia informetur ab anima, sed qua anima, à calore, aut forma ignis informetur.

9. Minor syllogismi restat probanda, quam sic proba, vt aliqua forma seu qualitas alicui molesta, Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus II.

grauis, dolorifera, & crucians sit, non est opus, vt alicui illius connaturali formæ, aut qualitati contrarietur, quam sui inductione, ab illo expellat, neque, vt ipsius, aut vnionis, partium eius destructiua sit, vt factis cum Ariaga ipso monstratum est n. 4. Sed ex eo solum, quod forma, aut calor ignis, nulli qualitati naturali demonis, aut animæ separatæ contrarietur, nec vnionis partium (quas spirituales istæ substantiæ non habent) dissolutiue sint, nec destructionis earum causatiue contendiatur, ab aduersariis, formam, & calorem ignis, non esse quidquam molestum, graue, doloriferum, & cruciatuum eorum spirituum: ergo dolorifera qualitas caloris, vel forma ignis molesta, & cruciatiua formaliter eorum spirituum erit. Dices, forma ignis non est molesta, & dolorifera de se demoni, aut animæ separatæ naturaliter, vt patet, alioqui eos spiritus naturaliter cruciaret: ergo, nec obediencialiter: præsertim in nostra Doctrina, quæ omnem virtutem obediencialem, ultra rei cuiusque naturam exacerat. Et certe ad effectus formales edendos nemo formis obediencialem virtutem ultra naturam, & naturalem ipsarum concessit, imò ne quidem somniavit: cum hos formæ sola sua, & entitatis, naturæque suæ physica communicatione præstent: ac proinde ad eos effectus nihil potentia supernaturali Dei ipsis superaddi, nec eis deficientibus suppleri, vt effectus formales ipsarum, nihilominus edantur, aut conferuntur. Respondetur, quod id præstare nequit in actu secundo nisi per vnionem physicam cum eis spiritibus, quam nec ipsa natura sua exigit, cum naturalis forma eorum, non sit, nec aliquid aliud ex contentis in tota natura agere, aut exigere physice possit: quare Deus solus, pro morali delictorum demerito, seu merito malo, eam formæ, & caloris ignis vnionem physicam, cum demonibus, & animabus separatæ damnatorum producit, atque ex quo velis extremo educit: vel spiritualem, ex anima, & demone, vel corpoream ex forma, vel calore ignis: supernaturalem, quidem absolute, quia physice, supra totam phisim, seu naturam est. Morali vero ordine naturalem, quia fit iuxta debitum, & exigentiam moralem, seu in genere moris delictorum.

10. Secunda probatio, & propositio omnium argumenti primi cuiusque totius confirmatio valida est: quia hoc modo facile explicatur, & defenduntur pæna, & cruciatus demonum ab igne, vnionis, ardoris, cremationis &c. ab scriptura, & Patribus designati: quæ aliis modis minime sermonis proprietate possunt defendi, vt debent. Imò, vt solus, tandem metaphoricus, earum locutionum sensus in aliis sententiis defendatur, miracula plura, (ne dicam falsa explorato, & chimærica) intercedunt, vt in vnaquaque earum ostendimus. Ex hoc etiam modo constat aperte, cur Angeli, & animæ iustorum, & si ignes penetrant, vt quandoque, ex scriptura penetrant Angeli in camino ignis Babylonici, nec ardeant, nec incaluerint: quia scilicet igni, cuiusque formæ, & calori vniti physice non fuerint, solaque vnione physica effectus formalis à formis, siue substantiis siue accidentalibus, possit præstari. Id, quod in aliis refutatis sententiis, in quibus, vt cruciatus ab igne non solum, vt subiecto, & materia pure denominata à virtutis extra essentialis actione sit, atque ignis cruciatus vere, adhuc metaphoricè, dicatur ab eius intrinseca actiuitate cruciatus ille, (in quocumque iuxta sententiis illas constituitur) actiue debet procedere: cum autem ad agendum sola propinquitatis, (quæ minor, quam penetrationis est) approximatio, & applicatio agentis ad passum sufficiat, non ita facilis ratio, cur penetrati ignibus Angeli, nec incalcant, nec ardeant reddetur, nisi ad virtutem obediencialem ignis fictitiæ sepe à nobis refutatam recurratur. Constat denique Demones calidos, & ardentes ignis

nis pena realiter formaliter reddi : quod ex scholasticis, quasi singulariter aliquid, docuisse refertur Franciscus Lugo supra numero quarto, cum scripturae sit locutio.

CERTAMEN VII.

De loco, durationeque pene ignis damonum animarum separatarum atque hominum redimitorum.

1. Certum in primis ex fide est post iudicii, vniuersalis scilicet diem tam damones, quam animas corporibus redimuius victas, ac physice iterum unitas, pena hac ignis esse in inferno cruciandos ex illo Matth. 25. *in ignem eternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius, & ex locis Apocalypsi.* recitatis certam. 1. vbi tam damnati, quam damones in stagnum ignis cruciandi die, ac nocte, in saecula saeculorum missi dicuntur, item ex loco 2. Petri 1. recitato certam. 5. nom. 1. rudentibus inferni (scilicet insolubilibus, ac minime rumpendis, seu vinculis aeternis vt B. todas 17. dicit in carcerum cruciandos; vbi tamen vocem inferorum locum profundissimum omniumque infernum, vbi eam penam damones patiantur vocis proprietate designauit, vt ex Latina lingua peritis constat, & quem proinde antonomastice in praesente de pena eius loco, infernum scriptura, Patres scholastici, & Ecclesia tota appellat, quamvis autem inferni nomine loca alia terrae superficia, quam pedibus homines, & animalia terunt, inferiora saepe in scriptura significantur, vt sepulchrum, vel Patrum Christi aduentum quondam expectantium (de quo iacob Genes. 37. *Descendat ad filium meum Ioseph quem tunc inseputum.* & a fera deuoratum fratrum eius testimonio credebatur) *Lugus in infernum*, & in symbolo, *descendit ad inferos*, ac vero infernum damnatorum penae deputatum infernum, vt diximus subterraneum locum circa circum terrae centrum esse, & si definitum ab Ecclesia non sit, est tamen eius sensus receptus, & ex loco Petri satis significatur, vt diximus: vt negari citra ingentem nequeat temeritatem: quocirca, abigendum à Catholicis mentibus est. Haec reticent error asserentium nullum locum realem penae damnatorum destinatum esse, sed propriam solum, cuiusque conscientiam esse infernum. Somnium etiam quorundam asserentium inferni locum esse ex altera nostri hemisphaerii parte vbi Antipodes aequali, ac nostro minime inferiori loco, habitant. Et aliud aliorum, qui in valle Iosaphat situm infernum putant eadem ratione reiciendi. Et quia cum ibi habendum vniuersale iudicium eo communiter in Ecclesia reputetur, illa sententiae postremae verba, *ite maledicti* dici non possent, sed potius *manete*. Illud etiam aliorum estimantium inferni locum esse prope Hierusalem, qui gehenna nominatur. Sed & ratione prima reicitur, & quia locus, gehenna dictus prope Hierusalem, neque est, neque vquam, fuit, & quidquid in ea regione est, deliciosum est, & commode habitatum: ac proinde loco panarum ineptum. Rationes congruentiae, vt infernus orbis locus panae huius damnatorum omnium perpetuae deputaretur, assert Soarius iam citandus, quarum illa potissima: quod obscurior, tristior, à sole & luce distantior, sordidiorque locus, qualis circa terrae centrum est designari damnatorum panae debuit, cui rationi ad stipulatur ex parte illud Psalm. 106. *Eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & vincula eorum dirupit; quia contriuit portas aereas, & velles ferreas confregit.* Vbi de Patrum Lymbo suo extractorum tenebrosus, à luceque adeo remotus locus esse dicitur, vt non concreta solum tenebrosus, sed tenebrae abstracte nominetur: cum autem, & hic, sicut, & purgatorij, & infantum cum solo originali decedentium sub-

terranei, & inferni sinus inferno antonomastice dicto, de quo nunc, vicini sunt, & localiter superiores, vt communiter à Doctoribus, & Ecclesia censetur, cum ex situ suo minus luci solis, & celi peritum, magisque tenebrosus esse, ac proinde in centro terrae, & circa circum dicendum est. Secunda ratio, & potissima sumitur ex proportionem loci huius ad panam cum loco damonum (quibus primario infernus paratus est) ad delictum, oportuit enim, vt qui appetit ascendendi super altum Dei, & eo aequali loco Dei solio confedendi peccatum, in infernum locum puniendi deturbaretur, quod argumentum maximam vim ex. 14. Hanc habet, qui eo primum Diabolum deridendo, ac Dei in eo puniendo appositissimam iustitiam praedicando vltis est verbis illis, *destrata est ad inferos superbia tua.*

2. Post vniuersale iudicium, nec damones, neque homines damnati egressuri eo loco vquam sunt, nec flammis ignis vquam, ne per breuitatem eodem instans, earumque cruciatum ipsis remittendum, vel intermitterendum (quod altera praesuppositi nostri par erat) Probatur facile etiam, ex loci Petri & Apoc. vbi in stagno illo ignis, seu inferno in saecula saeculorum, hoc est in aeternum cruciandi damones, & damnati homines die, ac nocte, id est, sine intermissione, dicuntur: non possent autem, sine intermissione igne illo, & in eius stagno cruciari, nisi igni continuo, & stagno illo inclusi continuo, absque ulla intermissione essent futuri, quo etiam spectat illud, Ista. 3. n. 14. & quis poterit habitare cum arboribus sententis, & illud Matth. 16. *Tota inferi non preualebunt.* Ex quo Ecclesia in responso daturum, à patre inferi, & illud Psalm. 68. *Neque absorbeat me profundum neque urgeat super me putum os suum.* ac illud demum Apocalypsis 9. *Et data est eis clavis putei abyssi, & aperuit puteum abyssi, & accessit fumus putis, sicut fumus fornacis magna: vbi flammam patens infernus à Ioanne dicitur, qui sequentibus capit. 15. 20. & 21. recitatis verbis certam. 1. n. 1. stagnum ignis ab eodem appellatur. Hoc autem loco vti, & locis Psalmi, & Matth. recitatis proxime illud ad rem praesentem significatur: nempe, inferni, & panae huius locum clausum portis, acque oblectum esse, vt eo inclusi egressi propria voluntate flammamque excurrere nequeant, est inde egressi possint Dei voluntate semel etiam inclusi, vt iam dicemus, vt carcerati carcere solui iudicij voluntate. Cum autem post vniuersale iudicium, inferno eiusque flammis sententia, & decreto immutabili supremi omnium iudicij Dei, tanquam perpetuo carceri, & supplicio fuerint, vt vidimus, additi, & destinati, eos inde unquam, nusquamque post iudicij vniuersalis diem egressuros certum est. Confirmatur, quia, est, tam damones, quam damnatorum animarum inferno, quandoque ante iudicij diem ad aliquam, ex Dei iussu, aut permissione in hoc mundo agendas scilicet homines tentandos monendos, puniendosque inferno egressiantur, vt statim ostendamus, ac vero, cum post vniuersalis iudicij diem, nec mundus hic, nec homines (etiam quos quidquam horum officiorum à demonibus exerceri queat) sint permansuri, nulla est ratio, ob quam Deus illis inde egressiendi suae iussu, suae permissionis faciat facultatem. Infantes quippe solo originali defuncti, vel sub Lymbo loco perseverantes, vel in apertius, & terrarum superficiem (vt alij volunt non indocti) translati, & extra viam statum (vtraque nec merito, aut demerito, quare nec tentationibus, aut bonis monitionibus, ac susceptionibus locis est) aeternae persistent, & cum sola damni panae, extra quam, nil panae sensus pati à demonibus, ad rempus adhuc, possint.*

3. Certum etiam, & secundum damones, & animas damnatorum ex quo iam illi, hi vero vitam (qua via status eorum totus, & adaequate continetur) finierunt, ac iudicati priuati sunt, illico ad infernum, eiusque ignem detractos ligatosque trahunt. Id sibi de demonibus volunt illa 1. Petri 2. recitatis inferni detractos traditis in tartarum cruciandos, & illa Beati Iudae in iudicium magis duci

diei vinculis æternis sub caligine reſervauit, & Iſaie 1. Detrahit eſt ad inferos ſuperbia tua, de animabus vero ſeparatis damnatorum conſtat, ex illo Luc. 16. Mortuus eſt autem Dives, & ſepultus eſt in inferno, & Eccl. 2.1. Via peccantium complanata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebra, & pena, ubi inferi nomine, non ſepulchrum, aut purgatorium, iuſtis etiam communes ſed proprius impiorum tenebroſus, & panarum locus, ſeu infernus damnatorum intelligi ſolummodo poteſt, qui ipſos in eorum finem, ſeu mortem dicitur manere, & illud Iob. 21. Dæmone in bonis dies ſuos, & in punſto ad inferna diſcendunt, cum hoc autem concordat aliud certum, ac de fide Dæmoneſe ſcilicet, quandoque inferno egreſſus apud nos etiam, & aere verſari. Marthæ quippe 8. & Luca 8. ne in abyſſum, ſeu tatarum, & infernum mitterentur, Chriſtum Dominum precabantur, quod autem in aere verſentur conſtat, ex Paulo ad Ephel. 6. & 1. Petri, capite quinto, & in Iob. aliſque locis, ac teſtimoniis Patrum, verumque autem ſatis ex Eccleſiæ Catholice ſenſu, & conſenſu (vt ea teſtimonia deſcenderent) in Emergentiorum, & tempeſtatum adiurationibus, & exorcismiſ præſcriptis ſatis euincitur. Hoc autem, vt dixi recte cum eo concordat, quod Dæmoneſe, & hominum damnatorum animæ ſtatim, ac via ſtatim finire, fuerint inferno incluſi, acque eius igni phyſice vni. Oportuit enim, vt ſtatim proprio carceri præſententur, ac in perpetua, dira ſibi patria, & propria republica inſulta inſelicitiffimum domicilium ponant, quemadmodum & Angeli exacto etiam in Dei obſequio & ſanctitate via tempore, ſtatim ſedes beatas occupant, ac cæleſtis patriæ, & gloriæ ſcripti ſunt ciues quod ipſum de animabus ſeparatis cum iuſtorum, tum impiorum hominum dicendum eſt: & Eccleſiæ totius ſenſus tenet: & exemplo epuloſ, diuites, & pauperis Lazari ex Euangelio comprobatur. Id autem non obſtat, quominus & dei nutu (cuius obedientiam reſpuere, ac ſeruitutem obſistere tam Angeli, quam animæ (vbiuſ loci, & ſtatim ſunt) minime poſſunt) vel celo, vel inferno, quandoque abſcedant, vt homines, vel cuſtodiant, & iuuent, vel teneant, ac torqueant, prout in eorundem hominum, exercitum triumphum, & præmium maius à Deo permittuntur. Hæc catholicis Doctoribus certa, & ex adeo frequentibus ſcripturæ ſacræ hiſtoriis, & locis paſſim comprobata, vt textus reſerre, & citare adhuc, opus non ſit.

4. Sed an omnes Dæmoneſe inferni aliquando, & quandiu egrediantur nihil eſt de omnibus, & ſingulis certum, nec fundamento firmo aſſeri poſſe. De lucifero, & inſanæ illius Republicæ primoribus, & quaſi ſenatoribus conſiliariis, nunquam inferno egredi cenſer Canus apud oarez, capite 17. Probabilius tamen longe eſt Luciferum ipſum aliquando inferno abſceſſiſſe, cum aut Chriſtum tentaret Matthæ 4. ubi à Chriſto Domino Satan (quod & aliud luciferi nomen eſt) appellatur, tum vt Chriſti Domini exitum, & mortem apud Iudam, & Scribas, & Principes ſacerdotum ſollicitaret, cum Diabolus (qui abſolute dictus antonomatiſte Lucifer intelligitur) miſſiſſet in cor Iudæ, vt Dominum traderet, dicatur, ac ruſus & poſt uictricem in ipſum introiſſe Satanam vt tantum ſcelus pergeret, & ad res magni momenti (cuiusmodi hæc erat,) & ad maiorem victoriæ Chriſti gloriam oportuit cum Dæmonum Principe, nec alio inferioris notæ dæmone certariſſe. In libro etiam Iob ſatan orbem curſu diſenſus cum filiis Dei ſcilicet Angelis ſteſiſſe ante Deum ſcribitur, & Apocalypſ. 9. numero 1. ſella, quæ de celo cecidit clauis putei abyſſi, ſcilicet inferni, data dicitur, illumque aperuiſſe egreſſasque locuſtas innumeras, qui ſtatim in

equites transformata æqueſtem aciem contra Eccleſiam inſtruxerunt, & capite 12. exercitum Dæmonum aduerſus mulierem, & Eccleſiam Dei in terram ſciſpo apparuiſſe, pugnaſſe draco, & ſerpens antiquus ſatan ſcribitur. Et ratione probatur, quia ſicut ad Eccleſiæ totius militantis tutelam Angelorum Princeps (& vt putatur ſupremus) Michaël deputatus eſt, & aſſiſtit, adſtititque, ſemper prouidentia ſua, ſpeciali, atque, ubi opus fuit, ac erit perſonali præſentia: & ex inferiorum Hierarchiarum Angelis Principibus regnis, & prouinciis totis, principales ex eis, qui ad priuatorum hominum cuſtodiam deputantur, & aſſiſtunt, ad quorum decentiam, & negotiorum magnitudinem oportet, vt proportionate dignos aduerſarios habeant, vt pro commiſſa ſibi rei magnitudine cum eis decerent, vnde in eis omnibus, quæ Michaëlis cura & protectioni commiſſa ſunt luciferum aduerſarium habere, & vtrumque alterum ubi opus eſt pro ſententia perſonali, ad protectionem, alterum vero ad impugnationem, & euerſionem ſuis propriis locis abſcedentes aſſiſtere (& ſic de aliis tam Angelorum, quam dæmonum primoribus) certum mihi eſt. Caſi fundamentum (quod ſcilicet lucifer, & Dæmoneſe naturæ perfectioris, & donis gratiæ maioribus à Deo in creatione donati) grauius, quam ignobiliores peccarint: ac prouinde indigniores ea pænæ carcerationis teterimæ per temporalem ab inferni carcere egreſſum, interruptione ſe reddiderint, debiliſſimum eſt. Eſt enim aliquale pænæ leuamen eſſet, non ob illud Dæmoni alieni inferno egredi permittitur, vt maioris, aut minoris demeriti habenda ratio ſit, ſed ob rationes aſſignatas: ob quas leuamen illud non per ſe intentum, ſed per acciſſens ſecutum curandum non eſt, ſed certe leuamen nullum cum inferno egreſſum Dæmonibus ſubſequitur cum ignis cruciatum nihilo remiſſum ſecum vbiuſ ferant, atque ex prauis ſuis apud nos negotiationibus, (& cum ex voto effectus ſuccedunt) longe maior, quam carcerationis pro eo tempore foret, accidentaliter eis pænæ ſubcreſcat, vt diximus: quare, nec maius leuamen eo carceris egreſſu habent: quam delinquentes, qui vt à tortore per vias publicas vapulent, vel laborent in fodinis, & carcere pro eo tempore eruantur.

5. Aliud etiam mihi de Dæmonibus infernorum ordinum omnibus, & ſingulis probabiliffimum eſt, eorum plerumque, & longe aliis plures nonquam inferno, ex quo illuc intruſi fuerint egreſſuros. Non quidem, vt inferni ignem, quo damnatorum animæ exardeſcunt ibi, & comburantur continuo accendant, & materiam illi miniſtrent, ne flammæ languſcant, ac ſubinde præna hæc ignis animabus minuatur: hic enim concipiendi modus imperiti vulgi craſſus eſt, vt eodem modo, & vigore flammæ inferni, & ignis cruciatum ſemper perſiſtatur, rudi minerua intellegant & percipiant. Spiritus enim Domini, vt alio Iſaie 40. dicitur, ſuſſabit in eo, ſeu à Deo in ſua intentione, & ignis, & cruciatuſ conſtantes in ſuo vigore æternum conſeruabuntur, ſolum ergo, vt animas horribilibus aſpectibus diſterſis, & aliis ſimili u. continuo torqueant continua dæmonum eorum detentio in inferno, quatenus ad eorum torturam ardet, neceſſaria eſt: nec tot Dæmonum, quot diximus: quare ratio ſit, quia cum ad ea in terra, & apud homines, obeunda, quæ diximus, non plures ſed valde pauciores ex dæmonibus hiſce ſufficientia ad eaque ſolum miniſteria egredi inferno dæmoneſe à Deo permittantur longe plures non egrediuntur, ſed pauciores illi, quos Deus voluit, & in quos ſolum, vt ad illa exercenda mitterentur, lucifero imperium permiſiſſe, quin hos nunc, poſt vero alios ad eadem munia obeunda mittere pro arbitrio poſſit: vt ſic omnes aliquandiu carcere ſoluitur, eſſet enim cum carcerarium ac cuſtodem abſolutum

infernū constituere, cum, & ipse carceratus, & præcipuus reus sit, quod consentaneum: Neque ut tali clausa putei abyssi, seu inferni tradita absolute sunt, sed pro determinatis demonibus dimitendis, atque ad determinata munia occasiones, & tempora carceratis reliquis, & æternum reclusis, quando vero quisque inferno egressus in terris, aqua, aere, & apud nos versetur, taxari generaliter nequit, sed solum, id ex tempore necessario, ut ea, ad quæ egredi permittuntur obeunda pendere. Vnde aliqui diutius energumēnos obsident, alij breuius. De damnatorum animabus quandoque etiam, inferno egressas ad nos aduentare, ut ex Dei iussu per illas de aliquo moneamur, ex fide dignis historiis, & testimoniis constat: quamquam, quæ à priuatis plerumque eorum apparitiones referuntur illusiones sint, ut de animarum purgatorij apparitionibus similibus prudenter æstimatur. Præfata vero animæ sue inferni, siue purgatorij alterutro loco per tempus breuissimum soluantur, ut colloquium habendum, plus minulve temporis requirit, lucifer inferno non habet, nisi, cum aduersus Ecclesiam, agmina, aciesque inferni totas, quas permittit Deus instruit, & ducat, aliquidve grande personaliter agit: ut Christi tentationem, & necem: de cætero in inferno resideat, cum alios demones mittit, ut missi certum locum eius sciant, & acta ab ipsis, Principi infansito renuntient.

6. Ex hæcenus dictis constat. Dæmonem nullum, (necum plures) antequam inferni carceris, & ignis ibi possessionem infallicissimam caperent exlo lapsos in aere terris, aquisue mansisse, & si post Protoparentes formatos eorum tentatores (in quibus lucifer, ut pro negotij magnitudine reputo, & ex cognomento serpentis antiqui quo in Apocalypsi nominatur, quia Etiam serpentis forma seduxit) ex inferno prodire: post peccatum vero & hominum multiplicationem plures, & plures, qui nos circummeant, & aera, cum nos ambientia, tum superiora, ut nobis, nostrique noceant proditiisse certum est, ex Petri, & Pauli testimoniis, & ceteris Proinciis præter priuatorum hominum tentatores præfectos infensissimos, melioris notæ demones esse qui Angelis eorum custodijs aduersentur verum est. Sed tamen non ita illi aeri, hi vero suis prouincijs personaliter assistunt, atque inferno aberunt, ut vsque ad sæculi finem, eò redituri non sint (ut videtur de aereis docuisse Augustin. pie, & doctè expositus à Bellarm. 1. de Beatitudine, capite 6. §. ad 4. Et à Soario, capite 161. quin eo sape, ut quid, quisque in suo ministerio egerit, lucifero renunciet redibunt. Curiosius hic, quam vtiliter disputatur à Soario, & Arriaga citatis, An demones, tentatores hominum, cum à iustis vincuntur, in pœnam à Lucifero in infernum retrudantur, inde rursus non egressuri. Negat vterque aliquibus rationibus parum firmis. Soarius: ut sibi caueat Lucifer ne tentatoribus minuatur, ipsique desint tandem, qui homines tentent. O vtiā tot ab hominibus vincuntur; sed adeo pauci vincuntur, ut his ita perpetuo reclusis ex tanto tentatorum numero à Deo permisso tentatores mittendi à Lucifero semper superfluent. Arriaga probat ex facto in tentationibus Christi cuius tentator semel non fuit à Lucifero reclusus, sed tertio Dominum tentauit. Sed quid inde? fuit enim Lucifer, & Satan ipse tentator, qui ab alio Dæmone recludi in pœnam non potuit. Secundo vinci absolute nemo dicitur, dum etsi aduersis euentibus, præliatur tamen, & cærat, ut contingit ibi, ut Dæmonibus tentatoribus hominum, quovis in gratia, & iustitia homines decedunt, contingit, quare censeo, non pro quavis occasione quæ eorum tentationi homo resistit, vinciturque Dæmonem tentantem inferno recludi (ut docuisse

refertur Origen. homil. 15. in caput 12. Iosue) sed post decēsum hominis, cuius tentandi commissa illi cura fuit: idque non in pœnam delicti, & inertie in eo tentando, quam nusquam habuit, multoque minus ex Luciferi arbitrio, & sententia, cui non est tanta in Dæmones auctoritas à Deo permessa, ut eos ita posse prohibere possit carcere illo ad tempus solvere, vel recludere; sed solum ut ex designatis, siue permisis ipsi à Deo hunc, vel illum, huius, vel illius tentatorem constituat, ac inferno ad id muneris obeundum soluat, quo morte hominis, siue iniustitia, siue impietate absoluto, in infernum tentator dæmon reuertitur sine victis, siue victis: quia nil apud homines ei restat, quod agat, nec ultra ad homines Angelis singulis ad custodiam, & tutelam committuntur, illud tandem improbabile censet, non immerito, Alarcon, capite vndecimo, numero tertio, eum locum, in quo quis peccauit infernum ipsi, cuiusque animæ separatæ, seu pœnæ locum esse vsque ad iudicii diem, (quod aliquibus animarum apparitionibus non satis firmis credi ab aliquibus leuiter posset) cum ostensum fuerit damnatorum animas ab eorum morte illico inferni communis damnis omnibus, & flammarum eius possessionem sumpsisse: nec post inde eas egredi, nisi ex Dei voluntate ad homines monendos. Et ad tempus breuissimum, quo fors aliquibus apparuerunt ibi, ubi peccauerunt: nec vlla ratio esse pro hominibus potest, ut, ubi deliquerunt, vsque ad iudicii diem puniantur, quæ pro Dæmonibus non sit, & cælo tamen, ubi peccauerunt, in tartarum deturbatis.

7. Ex dictis, hæcenus alia apud Scholasticos de tempore quo ignis pœna Dæmones, & animæ separatæ, vsque ad generalis iudicii diem cruciabitur, ac continuo, ac sine vlla interruptione (adhuc pro duratione qua extra infernum, ut diximus, vagantur) præfata ignis pœna cruciatur? quæstio suboritur, in ea vero, eius interruptionem per id temporis probabilis censet, Sanctus Bonaventura, in 2. dispensatione 6. articulo 2. quæstione secunda, & indicat Ricardus, ibi, quæstione 1. Caietanus, item in 2. Petri, 2. & Canus, cuius sententiam, ne improbabilitatis censura subiacere docet, Bannez, 1. parte quæstione 64. articulo 4. dubio 4. quos refert Soarius, capite 166. numero 32. Sed tamen communis iam Theologorum eam huius pœnæ interruptionem merito negat. Soar. à numero trigessimis tertio, ac deinceps, cum sancto Thoma, multis locis, & Doctoribus reliquis vnoquoque eorum iuxta modum, quo hanc Dæmonum torturam ab igne explicarunt. Glossa ordin. in caput tertium Iacobi relata, à sancto Thoma, quæstione 64. articulo 4. ad 3. his verbis. *Dæmones suum portare ignem gehennæ quocumque vadant.* Siue, ut ad verbum ex ea glossa recitat. Soarez, *secum referre tormentum suarum flammarum*: quæ idem, ac ignis, valent, cui expresse consentit in idem caput Iacobi Gehennæ nomine Bellarminus, 1. de beatitudine sanctorum, capite 6. §. ad quartam. Molina, dispensatione secunda, sectione secunda, ad octauum, quod etiam valde probabile reputat Alarcon, capite decimo, numero quinto, §. Respondent alij, & nos in nostra sententia de ignis tortura per phyticam formam, & caloris ignis ad Dæmones, & animas separatas vnionem negare non possumus, sed libenter, & necessario aliterimus ex suppositione communis (quam certam fateamur) ferè omnium Theologorum conclusionis, quod ignis tortura, ex quo Dæmonibus, & separatim animabus capiti, nunquam, nec cum inferno egrediuntur, interrumpatur. Tum, quia ea pœna, etsi sensus sit, propria est status damnationis & malis meritis eorum respondens: ac proinde Beatorum vltra Dei etiam visionem, & essentialē beatitudinem, ut eius status propria, respondent, nunquam, ex quo eam ingrediuntur, ob eandem rationem Beatis

deficiunt. Tum, quia alias peioris conditionis essent Dæmones, qui inferno non egrediuntur, (sunt autem multo plures, & ex illis minus delinquentes, non pauci) illis, qui egrediuntur duriusque cum eis ageretur ultra iustitiae cum damnatis à Deo exercitæ, & exercendæ aequalitatem. Tum, quia diutius adhuc, & vniuersaliter ultra iustitiae aequalitatem cum animabus damnatorum ageretur: quarum rarissimæ inferni carceres, & ad breuissimum, ut diximus, tempus soluentur, ut ad nos aduident; imo vero, ubi raro pauca istæ animæ apparent, ignem secum ferre, ex sanctorum historiis constat, quo etiam pacto, & Dæmones aliquoties visi sunt. Tandem: cum Dæmonum horum præ aliis ad nos missio ex Luciferi arbitrio demum pendeat, fatendum aduersariis erit, & hoc pænæ ignis debita leuamen Luciferi arbitrio esse à Deo permisum, ut quibus velit faciat, vel denegat absurdum, non leui. Hac autem generali conclusio statuta planior, in nostra sententia de tortura Dæmonum ab igne, quam in sententiis aliis defenditur, & explicatur. Siquidem posita semel vnione physica formæ, & caloris ignis ad Dæmones; eam quocumque tendant trahere, ut præfati Doctores aiunt, planius certiusque est: ac proinde realem formalem cruciatum, eorum ignis (qui in eo physica vnione stat) ne tunc quidem illis cessare, cum inferno abscedunt. Nec credi, suaderive, verissimiliter, aut apparenter adhuc, non inepte alicui potest nostra hac sententia admissa ad Luciferi arbitrium vnionem hanc physicam Dæmonum igni natura sua permanentem, & æternæ duraturam destrui ac dissolui, ut iis, quos pro libito ad nos mittit, Dæmonibus ignis pænæ, & si ad tempus deficiat, quibus velit, perstetque, quibus nolit. Ac demum, in nostra hac sententia sumptu miraculorum, quam in aliis, valde minori, communi contra omnes obiectioni satisfiet, ut ex iam dicendis patebit.

8. Quæ pro aduersa conclusione, & contra hanc nostram ab autoritate opponuntur nil probant; & si quid pluriquam aduersi vellent, & absurdissimum probarent, est enim primum ex Matthæi vigesimo quinto, illis verbis, *in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius*: ergo (inquiunt) non datus à secundo, ex secunda Petri secundo, *rudentibus inferni detractis in tartarum traditis cruciandos*: de futuro scilicet. Tertium ex Beati Iudæ epistola, *in iudicium magni Dei vinculis æternis sub caligine reuerantur*. Sed hæc probarent nullum Dæmonem (etiam inferno non egredientes, nec egressuros) ante postremum iudicium igne torqueri, quod amplius, absurdiusque est, quam aduersa sententia velit, & si id etiam eius Patroni influent; quod ego, & si, nec hæresis, nec erroris damnum, aut temeritatis censura non iudico immunem, cum communi Ecclesiæ & Theologorum sensui, & germaniori testimoniorum scripturæ, & Patrum intelligentiæ aduersetur; etiam eorum, quibus, id laudari contenditur. Nam primo *paratus* Diabolo ignis dicitur; datus autem, non negatur, ex quo primum in peccato & contumacia viæ suæ statum finiunt; solumque Diaboli supplicio æterni, non dilato, sed primum inflicto, ut pote primo peccatori designatum, dispositumque à Deo, & locum, & ignem pænæ significat; quod suppositum, & inuoluit, tot ante sæculis paratum, dispositumque esset, si cruciatus Dæmonum à postremi vniuersalis iudicii die essent inchoandi: locus Petri, dum inferni rudentibus detractos ait, in infernum vtrique detractos expresse docet, & cruciandos, non de futuro, sed de præfati, scilicet ut cruciarentur, quæ legitima vocis cruciandus, seu cruciandi in plurali periphrasis est: cruciandus quippe tradi tortori eleganter dicitur

reus illico, & absque mora vlla ab eo torquendus; & ut quid vinculis inferni ex tunc ligantur, nisi, ut pænæ ignis eius loci proprias ex tunc etiam luant? Beati Iudæ locus nullo verbo aduersariis fauet; imo vero omnibus aduersatur. Nam vinculis æternis, ex quo damnati Dæmones sunt, victos in caliginoso inferni loco; reueratos celo ait in iudicii magni diem; non autem in pænæ ignis, quam quisque ex tunc patitur, (ut ad Petri locum expendimus) sed ad publicam rationalis Reipublice satisfactionem, eorum delictis, & sententia euulgata; sed neque à ratione momenti aliquid opponitur, quod enim Dæmones in aere, terra; & apud nos versantes à gehennæ igne adeo distent, ut ad eos calefaciendos, & igniendos, ac inflammandos, atque ita cruciandos ignis actiuitas nequeat magis quam ad nos torquendos aërem, vel terram conflagrandam pertingere, in nostra sententia frivolum est: cum sola vnione, & informatione, forma, & calor ignis, non autem actiuitate, & actiuitate similis formæ in illis gehennæ ignis Dæmones cruciet; quam, quoquo vadant, sibi vnitam ferunt.

9. Quod autem nobis mixti, & conuersantes, nec igniti appareant, nec luceant, est leuius: cum sint in substantia Dæmonis (spirituali, & indiuisibili, ex qua nec mittere sui species visui accommode possunt, nec videri: ut patet in Christi Domini coloribus, & figura, quæ quia modo indiuisibili, in Eucharistia, speciebus sunt, species sui mittere, & videri naturaliter, nequeunt. Ni forte mallis: ignem damnatorum, & si corporeum eiusdem infimæ speciei, cum nostro, non esse, ac proinde ignitiuumque vltimumque natura sua esse, non illuminatiuum: quod, & dictis Patrum, & communi sensui, quod cruciet, non illuminet inferni ignis satis concordat, ut id sine miraculo in corporibus damnatorum ignem post iudicii diem non illuminatum verificetur; quod solutione prima verificari post diem illum haud quamquam possit. Apparere autem, aliquando, cum animæ damnatar, tum Dæmones visibiliter ignitis sicut apparere, tunc etiam, phantasticis corporibus; quia aliter ignis cruciatus suos veros nisi apparentibus illis signis nobis, pro hoc statu significare non poterant. Tertium est nonnihil apparentius. Si enim Dæmones ignis formam, seu calorem intensissimum sibi vnium, quocumque vadant, ac extra infernum versentur, secum portant, vnde cumque productum, ipsique vnium, aëra inflammare, & energumenos intense calefacere, & exutere deberent: cum præsertim quem à legione tota Dæmonum obfessum in Euangelio, Marci quinto, numero nono, & Lucæ octauo, numero trigésimo legimus, qui tor formis, & caloribus indiuiduis intensissimis, quot in legione illa Dæmones erant, non solum debite approximatis (quod satis, ut in illum agerent,) sed cum ipso penetratis, non solum illico ardere deberet, sed in fauillas ac cineres abire; quod neque accidit, neque vllus energumenorum ex Diaboli penetratione, vel leuiter incaluit; certe Soarius qualitate illa sua spiritali ab ignis virtute obedienciali in Dæmonibus inducta ad torturam in tuto se ab hac obiectione posuit; & alij qui ignefactione, & vitione vere corporea cruciati ab igne Dæmones aliter, atque aliter docuerunt, si suas etiam has opiniones in tuto ab scriptura, Patribus, & rationibus aduersis ponere potuissent. Respondeo tamen facile primum, formam ignis, & caloris in indiuisibili positam agere in passum quantum propinquum, & penetratum minime posse, ut patet in accidentibus sacramentalibus Eucharistia, qui calori vitali corporis Christi ipsis physice vniti, & penetrati nihilo immutantur, aut reperiunt: quia modo indiuisibili Christi Corpus in eis, & sub

